




De consecratione, mystico sacrificio, et dupli Christi oblatione aduersus Vannium Lutherologiae professorem. : De Iudaici paschatis implemento aduersus Caluinologos. De poculo sanguinis Christi & introitu in sancta sanctorum, interiora velaminis aduersus Bezam cum refutationibus quarundam propositionum Caluinologiae propugnatoris. Pronuntiata quae ad confirmationem superiorum pertinent.

<https://hdl.handle.net/1874/416646>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**


**More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


E. 157

157



De 211. 17. 18. cō
Fernando de...
...






In leviq[ue] a m[er]it[us] ord[ine] o[ste]ndit
 p[ro]p[ter]ie i[st]a uocis q[ui] dicitur sicut
 id e[st] i[n]d[ic]at u[er]o i[st]e t[er]me. b[ea]tum
 d[omi]n[u]s u[er]o exi[st]it eximia. a[et]er[na]l
 am[or]. t[em]p[or]al[is] p[ro]p[ter]it[er] i[st]o. si. q[ui]
 a. b. i[st]e sicut dicitur i. b. h[ab]et a[et]er[na]l
 am[or]is sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us] a[et]er[na]l[is]
 ib[is] p[ro]p[ter]it[er] i[st]o w[ill] d[omi]n[u]s p[re]dict[us]
 n[on] u[er]o s[ed] i[st]o sicut p[ro]p[ter]it[er] i[st]o
 i[st]o i[st]o q[ui] dicitur sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us]
 ib[is] p[ro]p[ter]it[er] i[st]o q[ui] dicitur sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us]
 i[st]o sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us] i[st]o q[ui] dicitur sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us]
 i[st]o sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us] i[st]o q[ui] dicitur sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us]
 i[st]o sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us] i[st]o q[ui] dicitur sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us]
 i[st]o sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us] i[st]o q[ui] dicitur sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us]
 i[st]o sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us] i[st]o q[ui] dicitur sicut a[et]er[na]l[is] m[er]it[us]


Theologia

Octavo n°. 157.

sim
m
uojd
ou
gio
-g
-na
-ca
-go
-pa
-eq
ue
voq
fum
vui
vug

-
-li
-aa
-ba
-wa
-y





N 3. A.

D E
CONSECRATIONE, MYSTICO SACRIFICIO, ET DUPPLICI
Christi oblatione aduersus Vannium
Lutherologiæ professorem.

DE IUDAICI PASCHATIS
implemento aduersus Caluinologos.

DE POCVLO SANGVINIS CHRISTI
& introitu in sancta sanctorum, interiora velaminis
aduersus BeZam cum refutationibus quarundam propositionum Caluinologiæ
propugnatoris.

PRONVTIATA QVÆ AD
confirmationem superiorum pertin-
tent. Nicolao Villagagnone,
equite Mellitensi Fran-
co, authore.

Ex dono Buckley
Præfixus est index eorum quæ disputantur.

L V T E T I Æ,
Apud Sebastianum Niuellum, in via
Jacobæa, sub Ciconiis.

1569.

Cum Priuilegio Regis.



Cautum est Christianissimi Regis Francorū Priuilegio, ne quisquam vel excudat, vel excusos alibi diuēdat libros quouis idiomate in lucem editos à D. Nicolao Villagagnone, equite Mellitensi, ante septennium, à prima cuiusque operis editione, nisi eius permisso ac voluntate: quod ille Sebastiano Niuellio libenter impertit. Qui secus faxit, multa, amplissimo diplomate indicta, plectitor. Apud sanctū Maurum. 2. Septembris. anno, 1568.

Par le Roy en son Conseil.

De Laubespine.



REVERENDISSIMO ET
ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
Domino Ottoni Cardinali
Tituli S. Sabinæ Episco-
po Augstanti.

Nicolaus Villagagnon.

ERMANIA
reuersum me magnæ
& variæ occupatio-
nes exceperūt. Deinde
ex labore aduersa va-
letudo, quæ me plurimos dies afflixit, &
scribere impediuit. Tandem ubi à febre
& vulnerum recrudescentium doloribus
respirare cœpi, dum colligendis viribus stu-
deo, domique me contineo aëris apertique
cœli adhuc impotentem, ad lectionis vo-

A ij

*luptatem me reuocat animus. Interim
nescio quo casu se mihi obtrudit Vannij
Lutherologi liber aduersus consecratio-
nē Christi, mysticūmque mensæ huius sa-
crificiū, celsitudini vestræ dicatus: ad quā
tamē propter eximiam eius pietatem, &
inconcussam orthodoxæ fidei religionem,
minimè omniū spectabat eius dedicatio-
nis scurilitas. Eare læso mihi venit in
mentē disputationis, quæ mihi quondam
de adorando Missæ sacrificio cum non-
nullis Calvinologis intercesserat, libelliq;
nondum editi, quem ad nostræ sententiæ
confirmationem composueram. Hunc er-
go (quoniam eodem cum Caluino furore
Vannius agitatur) protinus recognoscen-
dum esse mihi duxi, vestræq; celsitudini
mittendum, tanquam pietati eius propriā
dignāmque rem & munus. Atque ut isti
Vāniō impudentiæ suæ vicem rependeret,
quemadmodum basshemiarum suarum
(quib⁹ librū celsitudini. V. dicatū scatere
planum est) ducem Virtembergensem pa-
tronū cooptauit: ego illustrissimum Ba-*

uariæ ducē orthodoxum, aut æq^u religio-
nis tenacissimū, causæ & aequitatis no-
stræ ascii propugnatorem. Hunc ergo
libri fieri participem cupio, ut perspectum
habeat, quā deprauato, vel nullo iudicio,
in nostræ religionis reprehēsionē feratur,
vanus iste Lutheri vani discipulus. Va-
nus ille animi tota cōtentione in religionē
nostrā insilit, montemq^{ue} verborū ingēti-
simū in fabro cōfutando terit, atque scri-
pturæ, Prophetarū, & Patrū Ecclesiæ,
locos infinitos in sui delirij confirmationē
intorquet, in eumq^{ue} sensum interpretatur,
quē ut authores approbarēt, nō effeciſſet,
quotquot excogitari cruciatus potuiſſet.
Incipit ab Euāgelistis & Paulo, & gra-
datim in hāc etatē usq^b progreditur. Sed
ita se versat in Euāgeliorū expositione,
ut ad eius ignorantia detegendam nō a-
liunde cōquirenda sit materia. Huius a-
liquot propositiones paucis attigimus, ut
hūc ex propria doctrina, utī decet hāre-
ticum, conuincamus & confutemus.

INDEX EORVM QVÆ
hic disputantur.

- De Christi oblatione, mysticóque sa-
crificio aduersus Vannium. fol. 9.
De dupli Christi oblatione. 28.
De Iudaici paschatis implemēto ad-
uersus Caluinologos. 43
*A noui testamenti celebrationē legis & figurarum imple-
mentū approbari.* 60.
*A poculis Domini, regni aduentū & Paschatis imple-
mentū approbari.* 72.
De poculo sanguinis Christi, & introitu
in sancta sanctorum disputatio, aduer-
sus Caluinologos. 91.

CAPITA EIVSDEM
disputationis.

- Quid exigeret testamenti veteris dedicatio.* Cap. i. 91
Quomodo in lege fiebat populi sanctificatio. Cap. ii. ibid
Quo spectabat in lege dedicationis testamenti ceremonia,
Cap. iii. 92.
Dominum in sancta sanctorum nunquam introiuisse, nisi id
*fecerit quem vini sub effigie proprium babit sanguinem in eae-
na.* Cap. iiiij. 92.
*Quid sit veram tabernaculum, cuius Mosaicum fuit exem-
plar.* Cap. v. 93.
*Velum appensum, unitatem nature tabernaculi non diuide-
re, sed huius qualitatem.* Cap. vi. 94.
*Quomodo diversus fuerit sanguis poculi, ab eo, qui venis Do-
mini latebat.* Cap. viij. 95.
Errare qui dicant Dominum figuram legemque introitus in

- sancta, postquam fuit à lege solutus, id est, quum in celos ascen-*
dit, impleuisse. Cap. viij. 96.
De tabernaculo vero, cuius Mosaicum erat exemplar Nys-
seni sententia. Cap. ix. 97.
Bez. & de tabernaculo opinio. Cap. x. 98.
Bez. & error in veri tabernaculi cum Mosaico collatione.
Cap. xi. ibidem.
Diversas naturas ab una & continua natura non figurari.
Cap. xv. 99.
Bez. & cum Calvinio de tabernaculi diffinitione non conue-
nire. Cap. xiiij. 100.
Cuius tabernaculi minister fuerit Christus. Cap. xiiij. 101.
Errare qui dicant, humanitatem Christi non esse manu fa-
ctum tabernaculum. Cap. xv. ibidem.
Quod Christus necessario ante mortem crucis, nisi legem solue-
rit, in sancta vera introiuerit. Cap. xvi. 103.
Quod Christus antequam in sancta introiret, suos ex lege
sanctificare non debuerit. Cap. xvij. 104.
Christum, cum in cruce pendebat, in sancta non introiuisse.
Cap. xviii. 106.
Christum se pro peccato apud suos in cena necessario sacrifici-
casse. Cap. xix. ibid.
Si in priore tabernaculo habitaret naturaliter diuinitas, fal-
sum esse in eo se Christum sacrificasse. Cap. xx. 107.
Si in cruce pro peccato sacrificatum est, falsò dici Christum in
priore tabernaculo se sacrificasse. Cap. xxi. 108.
Qui dicit Deum se in carne sua sacrificasse, perinde esse ac si
diceret, Deum carnem suam sacrificasse. Cap. xxij. ibid.
Christus quum in sancta introiuit, Deus fuit sacrificans &
homo sanctificatus. Cap. xxij. 109.
Christum non quatenus est sanctum sanctorum, sed quatenus
homo est sanctus se occidendum obtulisse. Cap. xxiiij. 110.
Deum nostram in se carnem sanctificasse, ut in nos redun-
dans sanctitas, carnem nostram mortuam vivificaret. Cap. xxv.
ibidem.
E priori tabernaculo in ulteriis ac sanctius eis immigran-
dum, qui ad gloriam resurrecti sunt. Cap. xxvi. 112.
Si Christus non in cena, sed in cruce se sacrificauit, hunc mo-
dis omnibus in legem commisisse. Cap. xxvij. 113.
Vbi Christus holocausti vicem subinet, ubi & in hostiam

pro peccato fuerit immolatus. Cap. xxvij.

114.

Ante mortem pontificis Christi, oportuisse Ecclesiam à peccatis effuso sanguine lauari. Cap. xxix.

115.

Non potuisse Apostolos absentes, fide, à Christo in cruce profusum sanguinem lauari. Cap. xxx.

ibidem.

Si fide lauati fuerunt Apostoli, eorum lauacrum Patrum lauacro non excelluisse. Cap. xxxi.

116.

Non profuisse sanguinis lauacrum secundum legem, nisi iam sanguis in sancta fruisset illatus & oblatius. Cap. xxxij.

117.

Dici non posse pontificem effusi merito sanguinis in sancta introiuisse. Cap. xxxiij.

118.

Verba de sanctorum introitu facientem, oportere ab hostia pontificem distinguere. Cap. xxxvij.

119.

Bez. & cum Paulo de Christi in sancta introitu non conuenire. Cap. xxxv.

120.

Propositionum Caluinologię propugnatoris aduersus illati in sancta sanguinis poculum, refutatio.

123.

De holocausto necessario, & hostia pro peccato voluntaria. 147.

148.

De vulgari editione.



9

DE CHRISTI CONSECRATIONE

MYSTICÓQE SACRIFICIO,
aduersus Vannium.

Primæ classis Vannij aliquot propositiones.

VANNIVS.

*Christus ergo consecratum panem & ca-
licem corporis & sanguinis sui edēdum
& bibendum dedit.*

RESPONSIO.

DE BVIT hic homo se aliquantò apertius ex-
plicare , exponendo quid intelligat conse-
crati panis appellatio-
ne . Nam consecrare
pro peccato pontifices in lege diceban-

B

DE CHRISTI CONSECRAT.

Lexit. 27. tur, quum hostiam Deo conceptis ver-
bis destinabant & offerebant, vt oblata
paulò post moreretur. Omnis, inquit
Moses, consecratio quæ offertur ab ho-
mīne, non redimetur, sed morte morie-
tur. Fuerunt & panes propositionis cō-
secrati, non tamen in hostiam pro pec-
cato, quibus prēter sacerdotes vesci ne-
mo poterat. Si in hanc partem, ac signi-
ficationem panis sui consecrationem
Vannius intelligit, non magno iudicio
prædictus esse iudicatur, panis enim Eu-
charistiæ, non solum in vsum sacerdo-
tum, sed & conuiuarū omniū proponi-
tur. Fingamus tamen vmbra quadā ra-
tionis hunc tegi, inducique in eam op-
inionem. Exponat cur panem corporis
consecratum dixerit: quidue panis cor-
poris nomine intelligat. Si ex Lutheri
sententia Eucharistia est corpus Domi-
ni, errat Vannius, hanc, corporis panem
nuncupans. Quod enim alicuius est, id
esse non potest cuius est. Panis ergo cor-
poris, quanuis Vannij iudicio ad corpus
attinere dici posset, corpus tamen di-
ci nō potest. Vel, hominis vani vanitas,
non est vanitas, sed vanus ipse.

Hoc autem omisso, ad consecratio-

nis propositum conuertamur. Omnis consecratio oblatione perficitur, & functionem pontificiam requirit. Si ergo à Christo pontifice panis fuit consecratus, necessariò is & oblatus fuisse dicitur. In quem igitur finē oblatus? an pro peccatis nostris, vt ex lege oblata consecratio morte moreretur? hoc puto nō est Vannius dicturus: Panis enim non est morti obnoxius. In quē ergo finem oblatus? Sanē id aliter cognosci non potest, quām à verbis ad consecrationem adhibitis. Quibus ergo verbis à Christo pontifice adhibitis, factam fuisse panis corporis consecrationem ostendetur? Iisne quæ nostris Euāgeliis efferuntur,
 Hoc est corpus mēcum quod pro vobis *Matth. 26.*
 datur, vel, vt Paulus ait, frangitur? Si se- *Marc. 14.*
 cundum hæc verba, de fine cōsecratio- *Luc. 22.*
 nis iudicandum est, & facta sit non cor- *1. Cor. 11.*
 poris, sed panis huius consecratio & o-
 blatio, panis corporis, & non corpus,
 quia erat consecratus, morte mori debuit. Omnis enim consecratio (vt diximus) quæ offertur, morte morietur: Ca-
 līxque sanguinis consecratus fuisse dici
 debet, vt effunderetur in remissionem
 peccatorū. Quid respondebit Vannius?

DE CHRISTI CONSECRAT.

Calicem sanguinis , & non sanguinem, in effusionem fuisse consecratum ? Hoc equidem hunc dicturum non suspicor. Effundi enim non potuit solida calicis materia. Si ergo consecratum ad effusionem fuisse non calicem , sed sanguinem Vannius dixerit, æquum est ut fateatur non panem corporis, sed corpus ipsum, in cruce fuisse consecratum. Nam de similibus idem est iudicium. Si vero consecratum fateatur, necessariò & oblatum , & sacrificatū fateri debet. Animal enim aræ destinatū & consecratum, necessariò paulò post occidi oportebat.

VANNIVS.

Aut quis potest dicere Christum aliquid aliud faciendum mandasse, quam quod antea fecerit.

RESPONSO.

Qui aliud sibi faciendum putauerit, iussit, aut approbarit, quam quod mandauit Christus , anathema sit. Sancta enim ecclesia Romana, in eam curā incubit, ne quid fiat aliud in Missæ sacrificio, quam quod fecerit Christus , & faciendum edixerit. Is autem non panē

sed corpus suum in mortem crucis consecravit, obtulit, & comedit, atque comedendum dedit, sub panis effigie, di- *Luc. 22.*
 cens: Hoc est corpus meum quod pro *1. Cor. 11.*
 vobis datur, hoc facite. Quò ergo dicet
 Vannius hoc faciendi mandatum per-
 tinere? Nónne ad corpus quod pro no-
 bis datur, quasi dixisset: quod feci, &
 hoc corpus quod à me pro yobis datur,
 facite quoties hoc in mei memoriam
 manducaueritis? Huius ergo mandato
 nūc Dei legatus offert, dátque Deo cor-
 pus sub panis effigie pro peccatis no-
 stris, quod oblatum à se ipso Christus,
 Apostolis in vitam eternam comedendū dedit.

VANNIUS.

*Testatur dedisse hoc, forsitan sacrificium
 denotare posset, qui enim sacrificat dat: sed se-
 quens vocula, discipulis suis, hunc sensum non
 admittit: non enim omnis qui dat, sacrificat:
 sed omnis qui sacrificat dat quidem, verū
 non hominibus, sed Deo. Christus autem dat,
 non patri, sed discipulis.*

RESPONSIO.

Hic homo contradicēdi studio mē-
 tis oculos sibi configit: & captus lu-
 B iij

DE CHRISTI CONSECRAT.

mine Fabrum vel inuitum in victoriam
vocat: vti ex illius verborum examine
cognosci potest. *Qui, inquit sacrificat,*
dat. Vt veritatem huius propositionis
eruamus, ex Vannio intelligendum est,
quid sit sacrificare, vt in eum quē ape-
ruerit sensum, hoc verbum accipiamus.

Quæram igitur, an consecrationem &
oblationem pontificiam, sacrificij no-
mine Vannius ex Ecclesiæ sentētia dif-
finiat, vt consecrare idem esse iudicet,
quod sacrificare? An verò spreta obla-
tionis & consecrationis actione, macta-
tionem, ipsum sacrificium esse iudicet:
vt carnifices, qui non offerunt nec con-
secrant, sed mactāt & conficiunt, sacri-
ficare videantur? Si carnifices, quoniam
vitam eripiunt, Vannius sacrificare pu-
tet, quo modo & eos dare pariter iutel-
liget? nō enim dant qui vitam eripiunt.
Sin, vt par est, ad consecrationem &
oblationem sacrificij significationem re-
tulerit, vt pontifices qui mactādum pro
peccatis animal offerunt, & cōsecrant,
sacrificare dici debere iudicet, in illius
gratiam non me pigebit assentiri, pon-
tificem offerentem, dare, id est con-
secrare & sacrificare pro peccato, &

fateri rem consecratam & sacrificatam, doni munerisque nomine diffiniri posse: Nam qui offert pro peccatis, Deo dare dicitur non hominibus.

VANNIVS.

Christus verò dat, non patri, sed hominibus.

RESPONSIO.

SI ergo Christum patri in cæna dedissemus probauerimus æquo animo Vannius fatebitur illum se quoque Patri sacrificasse. Ei rei probandæ studendum est. Panis, inquit Christus, quæ ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Hic se bis daturum promittit, deinde ut se interpretaretur, mystérium suum celebrans, acceptum panem benedixit, fregit, deditq; discipulis dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum quod pro vobis datur. Quæ admodū superius dixerat, Panis quem ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Nunc ut stet promissis, carnem, id est, panem vitæ, dedit sub panis effigie comedendā, quam pro mundi vita crucifigendam offerebat & da-

*Ioan. 6.**Matth. 26.**Mar. 14.**Luc. 22.*

DE CHRISTI CONSECRAT.

Iere. II.

bat Deo patri vti scriptū est. Mittamus lignum in panem eius. Hinc verò perspectum est, cum pro Apostolis & non ipsis alicui dedisse. Quum ergo pro ipsis hunc dedisse inficiari non possis Vanni, dic cui alteri dederit? Deone? hoc si fatigare, quid est quod amplius garris? sacrificabat, tuo iudicio, quoniam patri dabat pro peccatis nostris. Donum ergo corporis quod comedēdum dedit, sacrificium est propitiatorium, Patri oblatum, vti Faber piē docteque docuit.

Luc. 22.

Huc ne Vannius impingeret, Lucæ electionem sequi noluit, pro datur, qua dictione vtitur Lucas, traditur supponendum esse sibi putauit, dicendo: Corpus quod pro vobis traditur, sed Græca vox διδόμενος hunc illi scrupulum euillet.

VANNIVS.

Insuper, Christus in exhibitione sacramenti, orationem suam nō ad Patrem, sed ad discipulos dirigit, his loquitur, his dat: proinde etiam non sacrificat.

RESPONSI O

VAnni, tua propositione sententiam nostram confirmasti, Christus in ex-

hibitione sacramenti, gratias agens Deo, vti doces, ad patrem orationem suam dirigebat, hunc alloquebatur, huic pro nobis corpus dabant: proinde ergo etiam sacrificabat: præterea expetimus à te nihil amplius.

VANNIVS.

Iuxta proprietatem omnium linguarum, vocula, hoc, vel, tale, respicit & demonstrat quod præcedit, & quod actum est, nō id quod cras in cruce peragetur. Itaque non dixit: Facite hoc quod cras facturus sum, sed facite hoc quod iam in cœna feci.

RESPONSIO.

Operam malè posuerunt Vānij præceptores, si ita, vti videtur, ipsū grāmaticam docuerunt, hoc, inquit, respicit & demonstrat quod præcedit, & quod actū est. Ego potius dicerem, hoc, rei præsentis esse demonstratiuum: cōtra verò ad rem remotam ac præteritam, illud, spectare: vti aliquo loco ait Comicus, Ne comparandus hic quidem ad illum est. Proinde palām est Christum mandasse faciendum corpus, quod tunc ab ipso dabatur Deo patri, non illud in specie.

DE CHRISTI CONSECRAT.

ac effigie, quod iam consecratum & oblatum datumque confectores paulo post suffixerunt & interfecerunt. Ceterum, Vannius dices, *Non dixit, facite hoc quod cras facturus sum*: Ostendit ignorare se quomodo tempus Hebrei metirentur, & quot horarum spatio diem suum concluderent. Hoc docuit Christus dices: duodecim horas esse diei, & horam duodecimam, quae ultima diei Germanis est, cum diem excludere: Ut tempus occasum Solis subseques, sit noctis diei consequentis initium. Nox enim diei antecedit contra Germanicam observationem, quem à media nocte diē suum exorditur.

Hæc intellecta res Vannij detegit ignorantiam dicentis: *Non dixit, facite quod cras facturus sum*: debuit enim dicere, quod hodie factus sum. Sextū enim diem hebdomadæ agebat Dominus suæ consecrationis incumbens mysterio, post occasum Solis diei quinti, in quo ex lege Iudæorum pascha fuerat immolatum inter duas vespertas. Præterea, non video quid causæ sibi esse putet Vannius, cur dixerit, *Christus non dixit, facite quod cras facturus sum*: nemo e-

nim ex nostris cogitatione aut suspicione in animum suum induxit, se facere, quod sexto hebdomadæ die in cruce fecit Christus: Is enim passus & sepultus est, nec tamen se sacrificauit, si à coacta & necessaria morte sacrificiū æstimemus: agit enim qui occidit, eóq; modo sacrificat, Christus autem passus fuisse legitur, hostiæque & non consecratoris vice functus esse. Sic nostri sacerdotes Christum non occidunt nec cruciant, nec ita se sacrificare suspicantur: sed vi verbi pronuntiati in sancto Spiritu, corpus quod pro nobis dedit Christus, consecrauit & sanctificauit, efficiūt offeruntque pro viuis & mortuis, id est, faciunt quod in cœna fecit Christus, faciendūmque mandauit.

VANNIVS.

Sin aliquando verbum facere de sacrificio intelligatur, necesse est sacrificium præsupponi, de quo tanquam de subiecto, verbum facere prædicerur, ut in Psalmo 65. faciam boves cum hircis.

DE CHRISTI CONSECRAT.
RESPONSIO.

N
Unquam hactenus ab hostibus no-
stris extorquere potui , quod sua
sponte nobis Vannius cōcedit , puta ut
faterentur verbum facere, nōnunquam
de sacrificio intelligi. Quum ergo tanto
nos affecit beneficio , æquum est ut & ei
patrem gratiam habeamus. Hac enim
beneficentia, certissimā fabro coronam
cudit ad triumphum. Hoc videamus.

Facere , inquit, de sacrificio intelligitur , si
præsupponatur sacrificium de quo tanquam
de subiecto verbum facere prædicetur. Van-
Matth. 26. ni , nōnne hic locus ad tuā opinionem
Mar. 14. exēplo tibi esse potest , Hoc est corpus
Luc. 22. meum quo pro vobis datur, hoc facite?
I. Cor. II. Nam præsupponitur sacrificium, de quo
tanquam de subiecto, verbū facite præ-
dicetur: non secus ac quum dictum est,
psal. 65. Faciam boues cum hircis , & alio loco:
Matth. 26. Hircū faciet pro peccato : & facio pas-
cha cum meis discipulis.

VANNIUS.

Verbum facio per se geminum & natuum
sensum retinet: sed quia constituitur cum his
vocabus , bobus & hircis , qui antea voto
Prophetæ destinati sunt , significat idē quod ,

sacrificium illorum boüm faciam. Inde sequetur quod verbum facere, ubiunque absolute sine regimine aliorum nominum & sine sacrificiorum circumstantiis ponitur, nunquam sacrificare, sed semper facere aliquid simplici & vulgato sensu significet.

RESPONSIO.

IN Vannij gratiam statuēdum esse iudico, ut verbum facite, quoniam construitur cum his vocibus, Corpus quod pro vobis datur, quod corpus voto domini fuerat antea destinatum, idem significet, quod facite corporis sacrificium, quod pro vobis datur.

VANNIVS.

In his autem verbis institutionis cœnæ dominicæ, verbum facite non habet adiunctam talem aliquam circumstantiam, quæ de corpore intelligi queat, sed solum de his rebus intelligi dicitur, quæ præcedunt, videlicet de accipiendo, edendo, bibendo, & iis quæ sequuntur.

RESPONSIO.

Hic, Vannius cursum tenere non potuit: Errauit dicens: *Verbum facite non hic habere adiunctam talem circumstan-*

DE CHRISTI CONSECRAT.

tiam, quæ de corpore queat intelligi. Corpus enim quod pro vobis datur, adiūcta est circumstantia, quæ de sacrificio intelligatur. Adiūgit, verbum facite intelligi, de rebus quæ præcedunt. Sed quanuis proximè præcedat, corpus quod pro vobis datur, tamen non vult verbū Facite huc referri: tametsi pronomen, hoc, id idipsum requirit: sed ad ea solū quæ remota sunt, & antecedūt, docet resp̄tere cōtra pronominis demonstratiui naturam. Videat autē si hoc loco non substātiæ corporis faciendæ, sed actionis edendi & bibendi remotissimæ habenda sit ratio, num illa facite, dicēdum fuerit potius, quām hoc facite: illud, enim, ad remotissimum spectat antecedens, hoc, verò propinquissimum. Vt si de Luthero & Vannio sermo fieret, ac diceretur: Luther & Vannius insaniuerunt, ille mediocriter, hic omnino; uter omnino insaniuisse ostenderetur? Num Vannius propter pronominis demonstratiui naturam? Si ergo hoc loco demonstratiū appetit antecedens proximum, quare apud Lucam prætermisso antecedente proximo, ad remotissimas actiones pertinebit, vt duntaxat ad capiendi, eden-

di, potandi modum referatur, & non ad faciendi, dandique pro nobis corporis actionem coniunctissimam?

Si in Euangelistarum interpretatione malè somniauit Vannius, in Apostoli Pauli testimonii explicandis peius ac turpius delirauit, hoc præsertim loco,
Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiatis donec veniat: Paraphrasi, inquit, quadam explicat illa verba, hoc facite in mei commemorationem, docens non priuatam quādam & occultam speculationem canonis, sed publicam mortis dominice adnuntiationem adhibendam esse.

1. Cor. II.

Superius docuerat hæc verba, hoc facite in mei memoriam, ad esum & potum esse referenda, quasi dictum foret capite, edite, bibite, quotiescunque biberitis in mei memoriam. Nunc autem sui oblitus, his verbis quoties comederitis panē hunc, & calicē Domini biberitis, mortē domini adnuntiatis donec veniat, docet *Paraphrasi quadam explicari, ac doceri, publicam mortis domini adnuntiationem peragendam esse in cæna: vt iā contra Pauli doctrinam esus ac potus nihil adnuntient, sed mortis nuntio ad-*

DE CHRISTI CONSECR.

hibita verba inseruiāt, hoc modo, quod manductioni Paulus attribuit, verbis tribui oportere docet Vānius: in quem finem ~~καταγέλλεται~~ præsentis temporis verbo, futuri ac imperatiui significacionem imponit: quasi Paulus non afferat cibi mādducatione, vel nullis insumptis verbis, hostiæ mortem adnuntiari, sed ad eam rem verba esse adhibenda, ac prolixam quādam orationem: *Mortem* inquit.

VANNIVS.

Domini adnuntiare, est primum quidem historiā ipsam prædicare, quomodo & quando Christus passus, mortuus & resuscitatus sit: deinde causas etiam exponere passionis ac mortis ipsius, videlicet quod propter peccata nostra humana naturam assumperit, factusque sit patri obediens usque ad mortem: ac se ipsum pro expiandis diluendisque peccatis nostris obtulerit. Ad hanc primam causam, quæ à nostra culpa miseria ac damnatione pēdet, accedit & altera ingens nimirum & ineffabilis misericordia Dei, qua motus Deus proprio filio suo non pepercit, sed illum pro nobis in mortem tradidit. Hæc omnia publicè adnuntianda. Paulus monet, quotiescunque pa-

nem

ADVERSUS VANNIUM. 17
nem hunc comedamus & de poculo hoc bi-
bamus. Hactenus Vannius.

R E S P O N S I O.

Hæc omnia memoria teneri animo-
que repeti oportere atque fidelibus
quib[us]que adnuntiari ex nostris est ne-1. Cor. II,
mo qui inficietur. Sed huc spectare h[ab]et
Pauli propositionem : Quotiescumque
comederitis panē hunc mortem domi-
ni adnuntiatis ; constantissimè per ne-
gamus : affirmat enim Apostolus esu
ipso & potu carnis & sanguinis Christi,
huius ut hostiæ morte adnuntiari, quod
fieri non possit quin eius quem ad mor-
tem consecratum fuisse scimus, quém-
que ut sacrificatum comedimus, re ipsa
vel nullis insumptis verbis mors nūtie-
tur : Non enim solet caro ante mortem
hostiæ manducari : & necesse est morte
consecrationi succedere, ut qui conse-
cratum dixerit , necessariam conse-
quentem mortem adnuntiet. Tametsi
quantum ad Christum attinet, non ali-
ter maestatum in cœna fuisse credimus
quam se comedendum distribuerit,
id est , mysticè & sacrificij modo qui
ab hominibus cerni nequit. Illa ergò
quam mentis agitatione cōdit Vannius

C

DE CHRISTI CONSECRÆ.

paraphrasis, ad mortis nuntium nō exigitur, quū vel silentibus & mutis nobis eſus ipſe mortem ſatis prædicet, donec Christus veniat. Quibus verbis hoiſtiae noſtræ mortuæ reſurrectionem ob oculos ponit Apoſtolus, veſire enim non poſſet mortua, niſi reſurrexiſſet.

Deprauata Euangeliorum ſententia, corruptaque Pauli lectione ac inflexa in fictum & commentitiū ſenſum, ne quid à ſua deliratione integrum relinqueret Vannius, Prophetis vim intulit, falacibus & fucosis commentaryibus eorum ſententiam obſcurans, ut eorum agnosci non poſſit vaticinum. Incepit à

psal. 109.

Dauide Christum prophetante ſecundum ordinem Melchifedech æternum eſſe pōtificem: & vnanimem de ipſo veſtutatis ſententiam aspersit impudenti mendacio, falsique eos arguit qui dixerūt Christum, oblationis Melchifedech figuram tunc impleuiſſe, quum Parauit mensam ſuam. Tādem multis in patres effutitis ſub Fabri nomine cōuitiis, quaſi Ecclesiæ de Christi ſacerdotio ſententia, fictū Fabri ſit cōmentū, ita cōcludit:

Vannius.

Ex quibus omnibus hoc conficitur, Christum eſſe ſacerdotem ſecundum ordinem Melchi-

sed ezech, non nomine sacrificij Missæ, sed respectu sacrificij crucis, alias cum sacrificio Missæ sacerdotium Christi finiretur, atque ita non esset eternus sacerdos.

RESPONSIO.

IN lucem huius rei quæram ex Vānio, an Christum (quum secundum ordinē Melchisedech in æternū factus est pontifex) credit legem & sacerdotium leuiticum abrogasse, transtulisse ac correxisse? Deinde, an Paulo assentiatur dicenti, legem & sacerdotiū leuiticum, usque ad huius translationem viguisse? Hoc si fateatur, dicat tamen non in cœna, sed in cruce translata, quod Christus fuerit pontifex respectu crucis sacrificij, & nō Missæ. Respondebo ablutionem Apostolorum corporisque Christi participationem, inter legis carnisque iusticias, usque ad tempus correctionis in cibis & potibus variisque baptismatibus impositas, recenseri debere, ut quæ cruci, id est, translationi legis antecesserint, ideoque imperfectas esse, & correctioni obnoxias, quoniam nihil ad perfectū adduxit lex. Quod si perfectas esse fateatur, ut quæ non legis, sed gratiæ actio opusque fuerint, necesse est ut etiam fa-

DE CHRISTI CONSECRAT.

teatur legem & sacerdotium, non in cruce, sed in cœna translatum fuisse, quum Christus pōtifex sub panis effigie, corpus suum pro nobis Deo consecravit, & dedit, suisque commilitonibus, qui cū ipso in eius temptationibus permanserāt, comedendum protulit, non enim legis & gratiæ actio inter se conuenirent.

Quæram præterea quam personam gerebat Christus, quum quod tenebat manu, Deo consecravit deditque pro nobis mysterium nostrum instituens? An pontificis? Nam pontificis & non priuati est Deo pro nobis consecrare, ut consecratio quæ offertur, morte moriatur. Si hac in re functionem pōtificiam Vannius recognoscit, quero an eandem functionem recognoscat in panis & vieni distributione, commilitonumque Christi benedictione, exemplo Melchisedech, quem Vannius fatetur Abraham eiisque commilitonibus à victoria reuersis panem & vinum protulisse eisque benedixisse. Si vtrobique exemplar Christi Melchisedech pontificis officio fungebatur, cur non etiam Christus veritas credetur vtrobique figuræ respondisse? puta, quum cibum consecravit, &

à se (vt pontifice) consecratum, sumpsit
in suum transitum ex hoc mundo ad Pa-
trem, à mundi victoria reueſtenti, & eis
qui cum ipso in temptationibus perman-
ferant, itidem in commeatum dedit &
protulit, iisque benedixit dicens: Con- *Ioan. 16.*
fidite, ego vici mundum. Deinde, Vos *Luc. 22.*
autem estis qui permanfistis in tenta-
tionibus meis. Et ego dispono vobis, si-
cut disposuit mihi pater meus, regnum
vt edatis & bibatis super mēsam meam
in regno meo, & sedeatis super thronos
iudicantes duodecim tribus Israël.

Melchisedech, inquit, *non legitur panem* *Vannius.*
consecrassę, Deoque obtulisse. Esto, non ta-
men scriptura negat illum consecrassę,
sed affirmat Christum, cùm eam figurā
implebat, panem vitæ & Vinum vitis ve-
ræ consecrassę. Quamobrem ne quid in
implemento redundet, & non plus egis-
se videatur veritas, quam figura signifi-
cabat: Cypriani, Hieronymi, Ambrosij,
Augustini omniumque piorum senten-
tiā sequutus, credo Melchisedech cō-
secrassę & Deo obtulisse panem & vinū
priusquam Abrahæ edēdum & biben-
dum daret. Subiungit, *si Melchisedech* *Vannius.*
ratione panis & vini typum quendam sacri-

DE CHRISTI CONSECRAT.
ficij missatici præfigurasset, oportuisset Christum quoque in cœna nihil nisi panem & vi-
num offerre. Bonæ verba si Aaron ratione animalium occisorum typum quendam
sacrificij præfigurasset, vnum quoque o-
portuisset Christum nihil nisi hircos &
vitulos offerre? Fateor Christum nihil nisi panem verum, id est carnem, & ve-
ræ vitis vinum, id est sanguinem, quæ
pane & vino figurabatur obtulisse. Præ-
terea, si ut ait Vanius, Christus figurarū
oblationi operam dedisset, is nō fuisset
veritas, cuius Melchisedech fuerat exé-
plar, nullaque facta fuisset sacerdotij
translatio, nullumue figuræ implemen-
tum, sed ipsius figuræ obseruatio & cō-
tinuatio.

A scripturis ita profanatis, se Vannius
transfert ad Danielis interpretationem,
prophetantis, ⁴ Ablationem iugis hostię.
Et sub fabri nomine Christum afficit in-
juria dicētem: In nouissimis diebus de-
fecturam hostiam & iuge sacrificium,
quum pseudo prophetarum venerit tē-
pus & potestas, vti à Daniele prædictum
Daniel 12. est: atque docet, Nihil aliud prædictum es-
se, quam Antichristum abolitum esse verū
Vannius. Dei cultum à Christo institutum, non secus ac

Anthiocus veros cultus in Indaco populo aboleuit. Deinde exponit quid veri cultus nomine intelligat. Sacrificium, inquit, Christi pro expiandis peccatis in cruce litarum, Euangely prædicationem, & usum legitimum sacramentorum, nolens tamen Eucharistiam in eam venire considerationem. Deinceps, inquit, sequitur Galia, Oratio, gratiarum actio, mortificatio veteris hominis, elemosinae & similia.

VT hanc paraphrasim intellectu consequar, oratum velim Vanniū ostendere, ubi legisse meminerit *sacrificium in cruce litarum, à Christo nobis in verum Dei cultum institutum fuisse, atque ab Antichristo afferendum esse*, quum deficere hoc non possit, nec afferri, nec eius usus à Christo nobis fuerit institutus. Deinde nemo me docuit hactenus *Euangely prædicationem, orationem, gratiarum actionem, veteris hominis mortificationem, & elemosinas*, vnici, iugisque sacrificij nomine diffiniri posse, & Danielem vaticinatum esse hæc defectura, quum abominatione desolationis videbitur stare in sancto Daniel. 12 loco: Vna est enim iugis hostia. Huius ergo in tot species differentes distributio, distribuentem ab ignorantia non

DE CH' RISTI CONSECRATIONE
excusaret, nō enim ex tot partibus sub-
stantia differentibus, hostiæ confisteret
vnitas. Quum de abrogatione usus legiti-
mi sacramentorum Vānius proloqui-
tur, illi non egrè subscriberem, nisi Ba-
ptismum cæteraque sacramenta præter
Eucharistiā, quæ corpus est Christi,
ideoque iugis hostia, in iugis hostiæ si-
gnificationē cōplete retetur. Licet enim
nonnullis locis usum Baptismi legitimū
abolitum esse videamus, non tamē pro-
pterea dici debere consentio, hostiam
continuam defecisse, eo enim nomine
non intelligitur Baptismus, sed vna Eu-
charistia, quæ corpus est Christi, hoc no-
men retinet: cuius usum legitimū iam
multis locis abrogatum ac in huius locū
abominationem cœnæ Lutheranæ &
Caluinianæ substitutam esse, facile cō-
sentio. Videmus enim Antichristi præ-
cursores usum huius sacrificij cōmuta-
sse ac cōuertisse in insana sua deliramē-
ta, colentes Deum in pane communi,
corporis Christi loco, eosque Impera-
torem & Frācorum regem ad huius insa-
nię toleratiā coëgisse: quam abomi-
nationem stare in Ecclesia, loco sancto,
dici posse iudico, eaque tenus Danielis

impletam esse prophetiam.

Vannius paulò pōst errorē suum prodit verbis sequentibus. *Enimuero, inquit, iuge sacrificium, si propriè loqui velimus, si significat tantū duos agnos anniculos, & quartam partem similæ & vini, quæ holocausti & libamenti nomine per singulos dies à sacerdote offerebantur, iuxta legem domini.*

His enim verbis Vannius ostendit ea, quæ superius exposuit, ioco à se dicta esse, ideoq; sibi minimè de his fidē adhiberi oportere. Nā quæ impropriè dicta sunt, huiusmodi generisq; esse cognoscuntur, vt de his nihil sit certi statuendū. His omissis ergo & (vt par est) neglectis, propriam Vannij opinionem consideremus. *Propriè, inquit, iuge sacrificium significat agnos quos per singulos dies sacerdotes offerebant.* Quanuis in hanc opinionem rapiatur Vannius ac feratus totus, mox tamen vt sui oblitus, ad suam impropriam iugis hostiæ commentationē se traiicit, subiiciens : *Ex Machabæorum historia constat Antiochum epiphanem, non hanc tantum sacrificij speciem abrogasse, sed & reliquas omnes ceremonias & rit⁹ Iudæos, circuncisionem, sabatum, festa, abstinentiam à carne suila, totam denique religionem*

DE CHRISTI CONSECRAT.

Leuitici sacrificij substulisse. Itaque abrogatione iugis sacrificij, non vnicam tantum illam holocausti & libamētorum speciem, sed totum cultum Iudaicum diuinitus institutum denotat. Et quidem Daniel exp̄ssē addit, Polluet sanctuarium fortitudinis, id est, totū cultum diuinum prophanabit. Sic igitur nihil vltterius Faber ex hac figura euincet, quā quod Antichristus generaliter verū & sincerum Dei cultum a Christo institutum, sit abolitus, quemadmodum Anthiocus veros cultus in populo Iudaico abolevit. Nec sequitur inde Antichristum in Ecclesia inuenturum esse iuge sacrificium, quale apud Iudeos inuenit Anthiocus pari enim ratione sequeatur etiam, circuncisionem in usu futuram, aliāque absurdā. Hactenus Vannius.

R E S P O N S I O.

SI Danielis vaticinium agnos illos respiciebat, cætera quæ suprà demonstrauit Vannius, ei vaticinio non respondent, & Christus demonstratur impropriè vaticinium interpretatus esse, si ipsius interpretatio, secundum Vannij iudicium intelligi debeat, id est, si orationem, gratiarum actionem, veteris hominis mortificationē (quia iuge sunt Van-

nij iudicio sacrificium) defectura intellexerimus : quum abominatio in loco sancto stare videbitur, ut vaticinium impleuratur, nunquam enim deficient. Præterea si Anthioco criminis verti debeat, quod is agnorum iuge sacrificium ad tempus aboleuerit, Christus culpa non vacaret, qui hoc genus sacrificij in perpetuum abrogarit, se in eius locum in finem omnium antiquorum sacrificiorū substituens. Deniq; ne frustra nos exerceamus in improprij Vannij sensus examine, ad propriam huius intelligētiā animum transmittamus. *Agni*, inquit, *anniculi qui in dies offerebantur, iuge & legitimum fuerunt sacrificiū, cuius veritatem antichristus est ablaturus.* Hoc Vánio dominemus, si fateatur eos agnos iugis aliquius sacrificij, quod antichristus sit abolidurus, vmbram habuisse. Dicat, num ergo agni Dei figuram gesserint, qui tanquam ouis ad victimam ductus est, & sic os suum nō aperuit. Si hoc fateatur, adiiciat an agnus Dei, ut legitimū verūmque sacrificium fieret, ad victimam duci antè potuerit, quam à iugi æternōque pontifice in Ecclesia fuerit consecratus, oblatus, & sanctificatus, & ita vi

Esaiae 53.

DE CHRISTI CONSECRAT.

consecrationis in alienā venerit potesta
tē, ut hostia iugis æternaque factus in
veritate, non secus ac consecratione tē-
porarij pontificis, agni fiebant hostia,
quam iugem Vannius nobis cognomi-
nat. Si nobis cum hac de re Vannio cō-
uenit, propositum obtinuimus: Eucha-
ristia nostra, quæ est corpus Christi & a-
gnus Dei consecratus in ecclesia, est
iugis hostia: cuius vsum Antichristi prē-
cursors Vānius & Caluinus nobis eri-
pere tota animi contētione conati sunt.
Nam sub panis effigie æternus noster
pontifex in Ecclesia se consecrauit, de-
dītque Deo patri pro nobis, antè quām
ad supplicium duceretur: & sic iugis ho-
stia factus est, cuius offerendæ quem ip-
se vsum Ecclesiæ reliquerat in remediū
peccatorum nostrorum ad vitam æter-
nā, iniquitatis operarij Lutherus & Cal-
uinus, abominationis principes, è ma-
gna Europæ parte iamiam eripuerunt
Antiochum imitati. Vannius in opinio-
nis suæ confirmationem adiicit Danielē
expressè docuisse iugis sacrificij no-
mine totum cultum à Deo institutum
Daniel., II, comprehendendi. Polluet, inquit, sanctua-
rium fortitudinis, id est, vt Vannij ver-

bis vtar, *totum diuinum cultum prophana-bit.* Quis verò non videt hīc Vannium vsum poëtica licentia, & in sanctuarij diffinitione cæcutiuisse. Nam sanctuarium nostræ fortitudinis, Eucharistiam esse Patres, Paulū sequuti, diffiniuerunt, quoniam huius sumptione orthodoxi Christiani sanctificantur. Nam si in le- *Hebr.9.*
 ge, hircorum & vitulorum aspersi san-guine, quem pōtices in sancta sancto-rum intulerant, sanctificantur ad e-mundationem carnis, quantò magis as-persi & potati Christi sanguine ad con-scientiarum emundationem sanctificā-tur. Quæ de Sanctuario legūtur, quāuis ad literam capi possint, tamen & ad Eu-charistiam quæ Christianos sanctificat, quæ & corpus est Christi, referri posse certū est. Nam præter corpus Domini nullum sanctuarium inueniri diciue pos-se planum est. Quum ergo Lutheranæ & Caluinianæ vesaniæ principes, Eu-charistiam à Christo in remedium no-stræ sanctificationis institutam pollue-runt, nostrum verū sanctuarium, cuius sanctuariū, Mosaicum fuerat exemplar, polluerunt.

Exod.25.

Omnia, inquit, Dominus facito ad co-

DE CHRISTI CONSECRATIONE
rum exemplar, quæ in monte vidisti.
Sanctuarium autem in monte visum, cuius
manufactum Mosaicum exemplar esse debuit, corpus Christi fuisse expres-
Exod. 15. se Moses ipse testificat^r est : Introduces, inquit, eos & plantabis eos in monte hereditatis tuæ firmissimo habitaculo tuo quod operatus domine , sanctuarium tuum quod firmauerunt manus tuæ. Videat Vannius , an sanctuarium aliquod comminisci possit, quod manus Dei firmauerint, præter corpus Christi: An eo nomine Baptismum , gratiarum actionem, orationem, eleemosinásque suas, sanctuarij nomine diffiniri posse persuadeat, quod manus Dei firmauerunt: cuius & sanctuarium ab Anthioco pollutum fuerat exemplar. Si nullum ab Eucharistia aliud sanctuariū verum sit, qui hanc polluit hostiam, iuge & sanctuarium fortitudinis polluit , vti à Daniele prædictum est.

AD MALACHIAM
RESPONSI.

VNius externi sacrificij donique speciem, in multiplices internalium oblationum species Vannius distribuit,

vt ostendat quām malē sit instructus ad Ecclesiam impugnandam. Is commentis suis Malachiam interpretans , ab externis Iudeorum sacrificiis quæ damnat Malachias , discipulos suos traducit ad humanas iusticias, quas oblationis mūdæ nomine diffinit. Hoc vt probemus, Malachiæ locū transcribemus. Ad vos, *Mala. I.*
 ô sacerdotes, inquit Malachias, qui despexitis nomen meum, & dixistis : In quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis. Mensa domini despecta est. Si offeratis cæcum ad immolandum nōne malum est? Offer illud duci tuo , si placuerit ei , aut si susceperit , faciem tuam, dicit dominus exercituum. Et nunc deprecamini vultum Dei , vt misereatur vestri. De manu enim vestra factum est hoc, si quo modo suscipiat facies vestras, dicit dominus exercituum. Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò? Non est mihi voluntas in vobis.

Malachias non ad Iudaorū vniuersitatem, sed ad sacerdotes sermonē habet, qui nomen domini despixerunt, cō

DE CHRISTI CONSECRATIONE.

quod pollutum panem, externam oblationem super altare Dei obtulerant. Vanius verò altaris, sacerdotum, panisque nullam sibi rationem habēdam esse putat in sua oblationū comparatione, sed à sacerdotibus ad vniuersitatem Gentium, ab externis oblationibus ad internas, id est ad humana opera, quæ non nullam sanctitatis speciem referat suorum animos traducit, ostendens Christum externa omnia sacrificia reprobasse, & in eorum locum Christianorum iusticias, quas ab eorum operibus Vannius exprimit, suffecisse, ut essent purū deoque gratum noui testamenti sacrificium: eāmque contendit esse Malachiæ sententiam. Secum verò Vannius cogitet nullam antithesim esse dissimilium, sed similium, proinde ipsum peccasse in sua antithesium collatione, externas oblationes ad internas conferentem. Præterea videat quomodo variorum hominum varios animi motus ad pietatem, quos oblationis puræ afficit nomine, in vnicam hostiam puram cōflabit, quam in vniuerso mundo vniuersalis offert Ecclesia, obtulit & offeret. Si sius cuique est animi motus, isque sit hostia, sua cuique

cuique est hostia priuata , non vna omnium , quam à Christo passo Ecclesia semper obtulerit. At vnum omnino ex Malachie sententia, est totius mundi sacrificium, idque citra omnem exceptio nem , purum : vt Vannius qualis qualis pietatis sit affectu prædictus, cum hoc sacrificio non sit comparandus. Quod si tantum sibi tribuat , vt opinetur suas actiones animique motus , hostiæ puræ nomine diffiniri posse, is tamen inficiari nō potest diuersas ab hac eius oblatione fuisse patrum eius hostias.

Nam ante Vannij nativitatem nullum erat Vannij sacrificium , quum tamen suas oblationes , id est animi pios motus patres eius offerre non desinerent: & nihilominus vnum , ideoque diuersum esset interim noui testamenti sacrificium, quod in vniuerso mundo vniuersalis offerebat Ecclesia ad recentium & quotidianorum peccatorum remissiōnem, quorum absque sanguinis effusione non fiat remissio: quamobrem oblatio pro peccato erat eis necessaria. Hoc ergo cognito , an Vannius suos animi motus ad pietatem, suāsve iusticias , iræ Dei audebit, vt hostiam puram, oppo-

DE CHRISTI CONSECRAT.

nere ac offerre , vt per hanc remissionē peccatorū assequatur. Vel si , vt ineptus ille Phariseus , nullius sceleris sibi conscientia , ad gratiarum actionem animum applicet , an per suam illam bonorum operum hostiam aditum sibi comparabit? Vel si Virtembergēsis aut Augustēsis ecclesia precibus Deum prosequatur, per quam hostiam vnicā noui testamenti Deum sibi putabit adeundum, ne vacua & inanis appareat contra verbum domini: Non apparebis vacuus in conspectu Domini ? Vanniī ne vel totius ecclesiæ nomen in eam rem usurpabit, quasi sicut omnium vnum cor & vna sit anima , ita omnium vna sit hostia , quam vt mundam & impollutam offerat ? Verum in id opus hoc se difficultatis īgerit, quod Geneuenſium ecclesia, quoniam cum Virtebergenſibus & Lutheranis de religione non consentit, ab ea oblatione sibi ~~non~~ temperabit, & in ea quæ ipſi propria est, spē suā collocabit: vt non amplius vna sit noui testamenti hostia munda , sed sua cuique, vt suus cuique est animus ad pietatem. Ergo necessariò ad aliam spectandum est, quæ vniuersalis ecclesiæ pro-

Deut.16.

pria sit. Si enim nullum sit totius ecclesiæ purum sacrificium, Malachiæ falsum erit vaticinium, & nulla erit munda oblatio, quæ ab ortu Solis usque ad occasum offeratur in omni loco: sed infinitæ erunt oblationes, quæ ubique offerentur, eis propriæ & priuatæ, è quorum penu depromuntur. At mirum est vanitati hominem obnoxium, in tam sive opinionem efferriri, ut suos animi motus, & quæ inde opera prodeant, puritatis afficiat nomine, tantique faciat, ut quui ceciderit, hæc ad peccatorum remissionem offerre Deo non vereatur: vel iudicet absque sanguinis effusione hostiæque propitiatoriæ oblatione ac participatione se à quotidianis peccatis elui per fidem suam in passionem: quasi ubi non est remissio non sit oblatio necessaria: & quasi fides in Christi passionem, & non hostiæ participatio fecerit Apostolos meriti passionis participes, fidésque & non panis quem frangimus, sit corporis cuius est meritum, participatio.

Irenæus quum de internis sacrificiis animique motibus differuit, hac conclusione propositum finiuit: Ex quibus

D E C H R I S T I C O N S E C R A T.

omnibus manifestum est, quia non sa-
crificia & holocaustomata quarebat ab
eis Deus, sed fidē & obedientiam & iu-
stitiam propter illorum salutem, sicut
Osee 16. in Osee propheta docēs Deus suam vo-
luntatem dicebat: Misericordiam volo,
quam sacrificium, & agnitionem Dei
super holocaustomata. Vannius consi-
deret hīc misericordiam & agnitionem
Dei à sacrificio distingui. His enuncia-
tis, vt Irenæus ostenderet quam pro o-
mnibus externis Iudaorū sacrificiis
vt inanibus, oblationem Dominus reli-
quisset, adiecit: Sed & suis discipulis
dans cōfiliū primitias offerre Deo ex
suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt
nec infructuosi sint nec ingrati eū qui
ex creatura panis est, accepit & affecit
gratiarum actione, dicens: Hoc est cor-
pus meum. similiter & calicem, qui ex
ea creatura est secūdum nos, suum san-
guinem confessus est, & noui testamen-
ti nouam docuit oblationem.

Quum Christus suis Apostolis consiliū
dedit primitias ex creaturis offe-
rendi, oblationis externæ facienda
consilium dedit: Primitiae enim creatu-
rarum materia consistunt & corpore,

externo ab animi motibus : & eam oblationem Irenæus docet nouam esse, ac noui testamenti: quam Ecclesia ab Apostolis accipiens , in vniuerso mundo offert Deo. Nihil est ergo quod Vanius ambigat Christum externam Ecclesiæ oblationem reliquisse , ac subrogasse in locum externalium omnium, quas in veteri testamento leuitici pontifices offerebant. Externam autem hanc noui testamenti oblationem quum Irenæus dixit esse creaturarum Dei primitias, ut exponat quid primitiarum nomine intelligeret, narrat Christum panem accepisse cumque eucharistisasse, id est, eucharistiam opusque gratiarum fecisse, dicentem: Hoc est meum corpus, ut intelligamus & credamus mutatum panem, in Corpus Christi desiuisse creaturæ Dei primitias, quarum nouam Apostolos Christus oblationem edocuit. Nam qui panem & vinum creaturarum primitias nuncuparet, erraret: terra enim est qua natus est Christus, quam in principio Deus creauit, ante panem & vinum creata est. Ex quo perspicuum est, terram & ex ipsa Christi corpus impollutum primitiarum nomine debere diffiniri, &

DE CHRISTI CONSECR.

consequenter in hostiam noui testamēti vbique offerri ab Ecclesia oportere, ex Malachiæ sententia. Deinde ut Ireneus suam sententiam apertius explicaret, primitias ex Dei creaturis, primitias munera Christi in novo testamento appellauit: quas Christus nobis dat in alimentum. Hoc autem alimētum, munerūmque primitias, esse corpus domini nemo est qui ambigat. Nā vel ipsius Caluini iudicio, Christi corpore & sanguine pascitur in vitam ēternam Ecclesia, iam ab eo tépore quo Christus cœnam suam instituit, dicens: Accipite & comedite hoc meum corpus, quod pro vobis datur. Si Vannio displicet, dicat ^{Hoc} quas agnoscit alias noui testamenti primitias in alimentum nobis præstitas, & secum ipse reputet, quorsum hęc verba, Sed & suis discipulis dans consilium offerre primitias ex creaturis, spectare indicet, nū vt doceamur, non solum eas in alimentum nobis esse datas, sed & in oblationem ad Deum placandum & nobis conciliandum quūm peccauerimus. Hoc si Vannius fateatur, nihil est quod fateri recuset nostram illam oblationem & esse corporis Christi & exter-

nam in earum locum quas Christus abrogauit. Si verò pertinaciter Vannius munerum noui testaméti primitias, nō ad corporis Domini, sed ad panem & vinum retorserit, vt eas offerendas esse dicat in passionis Christi memoriam, cognoscat se sibi repugnare, affirmanti omnium externalum oblationum factam à Christo reprobationem. Præterea eius oblationis ineptissimam esse significationem: mortem enim sanguinis effusione illatam, eus panis vini que potus in nostros animos nunquam insinuaret.

Ex his ergo quæ in Vannij vanam euangelistarum & prophetarum interpretationem à nobis demonstrata sunt, perspici potest, quam de toto eius libro sententiam ferre debeant Christiani. Quamobrem in eo refutando operam maiorem insumendam ac perdendam nobis esse non duximus.



DE DVPLICI CHRISTI OBLA- TIONE.

I Ertum est, nullum vnu-
quam in lege pro pec-
cato fuisse sacrificiū,
quin semel fieret hu-
ius cōfēratio & san-
ctificatio à sacerdote
in ecclesia prius quām animal mactare-
tur.

Hebr. 9.
2 Item, certum est, absque hostia pro
peccato, ac languinis huius effusione &
asperfione quæ ad exemplarium sancti-
ficationem fiebat, vetus testamentum
dedicari minimè potuisse.

Leuit. 16.
3 Certum quoque est, ad sacrificium
pro peccatorum expiatione, testamen-
tique dedicatione semel oblatū & ma-
ctatum, necessariò holocaustum succes-

DE DUPLEX CHRISTI OBLA. 29
fisse: oblatum quoque semel à pôtifice,
postquam egressus erat ex tabernaculo,
vt holocausti morte ac incêdio pœnam
lueret remissis peccatis debitam. Vnum
ergo pro culpa erat sacrificium, vnum
autem pro pœna præstanta.

4 Et certum est, in sancta sanguinem
hostiæ pro peccato inferri à pontifice
debuuisse, ad huius oblationem compo-
situm thymiana in incensum adhiberi:
sed pontifici ut sanguinem offerret ex
holocausti victima, sanctorum adytum
~~pontifici~~ minimè patuisse. Vnde perspi-
cum est usum holocausti aliò & aliò sa-
crificij pro peccato spectasse.

5 Denique planum est, hostiarum cor-
pora, quarum sanguinis aspersione facta
fuerat peccatorum sanctificatio, testa-
mentique dedicatio, extra castra cre-
mari debuisse, cum quarum incendio,
Christi extra portâ supplicium Paulus
non frustra comparauit. Hebr. 13.

6 In confessu quoque est, nō à macta-
tione, sed à consecratione ipsum ani-
mal hostiæ sanctæ nomen accepisse.

Hanc enim sanctam & sacram non
faciebat mactatio, sed consecratio,
Pontificium munus: & à solo pontifice

fiebat consecrationis oblatio & mactatio in Ecclesia , quamuis inferioris ordinis ministri consecratam in Ecclesia , & mactatam hostiam cremare possent extra ecclesiam , id est , extra castra .

7 Præterea , quamuis , vt Paulus docet , legis pontifex post oblationem & mactationem hostiæ pro peccato uti debaret sanguinis huius aspersione , ad exemplarium sanctificationē , testamētique dedicationem antè quām ipse extabernaculo egredieretur , atque hostiarum corpora extra castra ad incēdium immitteret , tamen per legem ipsi non licebat holocausti sanguinem ad peccatorum expiationem insumere , aut in sanctis priorēque tabernaculo operam holocausto dare . vnde cōprobatur hostiæ pro peccato & holocausti effectus diuersos ac differentes extitisse .

8 Item aspergi populū hostiæ pro peccato sanguine , testamētūmque dedicari oportebat antè quām offerretur holocaustum & mactaretur .

9 Præterea , certum est Christum nostrā in veritate fuisse cōsecrationis hostiam pro peccato , nostrūmque consummationis & redemptionis holocaustum ,

ipsumque sui ipsius fuisse pontificem à Patre missum ut legem impleret, corrigeret, ac perficeret.

Quæram igitur quo loco se hostiam pro peccato Christus ut sacerdos consecrauerit, sanctificauerit & mactauerit ad implementū legis, quōve loco suum testamentum asperso sanguine dedicauerit suosq; sanctificauerit prius quam fieret holocaustum. An in Ecclesia secundum legem, quum suum testamentum obsignabat, suo, ut hostiæ pro peccato, sanguine, non adhuc alienæ potestatis effectus? An quum è vinculis ad supplicium actus est, ut contra legem alieni iuris, & in vinculis pontifex hostię consecrationi extra Ecclesiam operam dedisse dici posset?

Qui contendet Christum non in Ecclesia se consecrassę, sanctificassę ac immolassę, sed duntaxat, quum sui iuris & voluntatis esse desiuisset, affixus cruci, dicat quomodo hūc probabit se in cruce occidisse contra scripturam, cieclum eum extra vineā occiderunt: & doceat quo exemplo id fecerit, ut ei oblationi ac mactationi holocausti mors & oblatio successisse cōprobetur. Nō enim

DE DUPLO CI

codem loco ac tempore ambæ fieri potuerūt oblationes & mactationes. Præterea videat, quis vnquam in lege sacerdos in aliena potestate constitutus ab Ecclesia segregatus, in consecrationum oblationes incubuerit? Quare Moses dicebat Pharaoni: Dimitte nos vt sacrificemus? Nónne quoniam sub alieno imperio sacrificia Deus abnuebat? Si nullum huius rei exemplum est, sed cōtra lege prescribitur, vt extra Ecclesiam nullum pro peccato fiat sacrificium, nul lāve sine sanguinis eius aspersione testam̄enti dedicatio, atque hostiæ mactationi consecratio & sanctificatio antecedant: quare negatur Christus in Ecclesia se tunc consecrasse, obtulisse ac sacrificasse, quum sui iuris erat, quum magister & dominus, rex & sacerdos suum testamentum instituebat: non autem quum erat anathema, vermis, & nō homo, vt à Deo tenebrarum potestate, hominūmque perditionis arbitrio derelictus.

Hic quaeram consecrationis definitionem, an absque consecratione ac sanctificatione hostiæ pro peccato, huius fieri potuerit ex lege mactatio, quo-

cumque loco factam eam velint aduersarij, anue sola mactatio citra consecrationem effecerit ut Christus pro peccato sacrificium dici potuerit?

Quæram præterea an à Solomone dis- *Prover. 9.*
sentiant dicente, Iesum Christum Dei
sapientiā victimas suas mactasse in do-
mo sua, quum mensam suam parauit, vt
contra huius sententiā nullā extra cru-
cem oblationem ac mactationem factā
esse persuasum habeamus.

Qui Solomoni mysticam mactationē
animis nostris insinuanti subscribet, di-
cat, num ergo fateatur Christum se in
cœna cōsecrass̄e, sanctificass̄e ac mactas-
se, quū dicebat: Hoc est corpus meum
quod pro vobis datur & frangitur: vel
exponat quibus aliis verbis consecrare
ostēderēque potuisset corpus quod ip-
se pro nobis datus, oblatus ac im-
molatus erat? præterea quo sensu à
Christo dictum intelligemus: Et pro eis
Ioan. 17.
sanctifico me ipsum, vt & ipsi in verita-
te sanctificati sint. Demum ubi & quan-
do hæc ab ipso emissā fuisse verba iudi-
cabimus? Si in cœna, vti à Ioanne acce-
pimus quum nulla nisi post oblationem
& consecrationem fieri potuerit hostiæ

DE DUPLO.

sanctificatio: quare negatur Christus iam
se in cœna consecrassæ, quum se ipsum
sanctificabat ut sanctū sanctorum effe-
ctus pro viuis & mortuis non solū se my-
sticè mactaret, sed & extra portam pa-
teretur, ac fieret holocaustum: non de-
buit enim hostia pro peccato mactari
aut comburi, nisi postquam consecra-
tione sancta sanctorum effecta fuisset co-
gnosceretur.

Levit. 27. Scriptum est, Quicquid semel fuerit
consecratum, sanctum sanctorum erit
Domino: & omnis consecratio quæ of-
fertur ab homine, non redimetur, sed
morte morietur. Ergo post consecra-
tionis oblationem erat hostiæ sanctifi-
catio: & post sanctificationem ipsius in
Ecclesia mactatio, ut legitimum sacrifici-
cium diceretur. Ergo & Christi hostiæ
sanctificatio annexam & implicitam
secum habuit consecrationem, & ob-
lationem ut is esse non potuerit no-
stra sanctificatio, & sacramentum, quin
& fuerit & consecratio & consecra-
tionis oblatio. Non igitur hostia pro
peccato fieri potuit Christus pro nobis
sanctificatus in hostiam sanctificatricē
ac sacrantē, sed non antea consecratus
in Ecclesia & oblatus à se ipso, ut si

ipsum , sanctificauerat antè quām in alienam potestatem corriperetur , ac se voluntate abdicaret.

Si ergo mactationi consecratio , oblatio & sanctificatio anteuertere debuit , quare negatur Christus se consecrass̄e & obtulisse , his verbis : Hoc est corpus meum , quod pro vobis datur & frangitur præsenti tempore? vt ipse iam inde ab eo tempore nostra fuerit consecratio , consecrationis oblatio , sacramentum , id est , substantia , cuius sumptione sancti ac sacri efficimur , sacrificiumque mysticum Christi corpus verum , paulo pòst extra portam non amplius mysticè id est sub signo alieno sed palam in holocausti similitudinem sub dio mactandum.

Qui verò mysticam mortem ac sacrificium inficiatur , nōsque ad solam crucis immolationem reiicit , cōsideret an Christus emitti tradique , vt hircus potuerit , antè quām in Ecclesia fuerit à se pontifice oblatus & consecratus . Sed si iam ab eo tempore nostrum erat pro peccato sacrificium , nostraque consecratio , id est sacramentum & sanctificatio , quam extra portam holocaustum in suorum redemptionem sequi oportet

ret, quare negatur tam verè se in cibū corporeū sub panis effigie dedisse iam consecratum & sacrificatum, quām sub eiusdem panis effigie se consecrauerat, id est nostrum sacramentum se fecerat?

Denique quum animo nostro cogitemus, quis sit finis sacramenti & sanctificationis, num huc pertinet, ut eius rei quam sumpserimus, afficiamur sanctitate? Non enim esset sacramētum absque occulta sacrantēque substantia, vti vestis indumentum dici non posset, nisi induceret. At nullum corpus sacramētum & sanctificatio esse potest, nisi à consecratione & oblatione in sacrificiū eam facultatem nanciscatur, ut scriptum est: Quum quid semel fuerit cōsecratū sanctum, sanctorū erit Domino, id est, erit substantia sanctificans. Christus verò in cœna sanctum sanctorum, sacramētum & sanctificatio effectus est, quum se ipsum pro suis sanctificauit, ut iij in ipso essent in veritate sanctificati. Num ergo se quoque consecrassé ac in hostiam expiaticem obtulisse dici debet, ut fieret sacramentum ac sanctificatio, de qua suam haurirent sanctitatem Apostoli?

Præterea

Præterea hostia mactata quæ consecratione sacramentum, ac sanctum sanctorum est, comedentem sanctificat, id est, fit comedenti sanctificatio ac sacramentum, uti scriptum est: Qui carnes eius comederit, sanctificabitur. At Apostoli sacramenti sumptione in Christo sanctificati sunt. Num ergo & dicemus sanctificationis ac sacramenti, id est, hostiæ sanctificatis ac sacrantis mactationem esui anteueruisse? *Lxxit. 6.*

Quod si credamus nullam hostiæ pro peccato fuisse consecrationem in Ecclesia: sed dūtaxat holocausti, quū extra portam passus est dominus, holocaustū factus: & nihil ambigamus hostiam à consecratione sanctificationis ac sacramenti facultatem accepisse, statuendum erit nullum ante mortem crucis, noui testamenti fuisse sacramentū, nullāmū sub signo sacramenti fuisse testamenti dedicationem & corporis diuini participationem. Nam, vt diximus, à consecratione & nō à mactatione, hostia sanctificandi, ac consecrandi facultatem capit. Hoc est, inquiunt, Beza & Spinax Caluinologi, non corpus meū, sed cor-

poris mei figura: quod pro vobis, non quidem datur, sed dari figuratur. Ita habeat: Quod ergo dabatur à Christo sub panis effigie, id ipsum erat quod figurabatur, tamque consecrationis ac muneris erat figura, quam corporis dati.

At si nondum tunc erat facta mactandi corporis consecratio donumque, sed huius figura, hanc impleri aliquando oportuit, & corpus re vera ante mortem necessariam consecrari. Quando ergo in Ecclesia mactandum Christum fuisse consecratum docebimur? Nam extra Ecclesiam nulla esse potuit hostiæ consecratio, nullumque citra consecrationem sacramentum. An dicemus verè morte mortuam fuisse hostiā propitiatoriam, & redemptionis holocaustum, ante figuratae consecrationis & sanctificationis huius implementum?

Ostendimus in lege distinctam à morte necessariam fuisse mortem voluntariam, id est, consecrationem, neque uno eodem actu momentoque temporis opus utrumque fieri potuisse. Omnis inquit Moses, consecratio quæ offertur, morte morietur. Hæc verba non eiusdē

sunt tēporis , aliud ergo tempus aliūm-
ve locum postulat consecratio , & mors
voluntaria: aliud mortis volūtariæ coa-
cta mors & necessaria : secundum hu-
manitatem Christi loquor . Qui ergo
voluntariam & Christi mysticam ma-
ctationem inficiatur , videat an cum
ipsius coacta morte potuit consecra-
tionis & sanctificationis opus concur-
rere: vt seorsum à sua familia se semel
consecrasse dici debeat , affixum cruci
in tenebrarum potestate & necessario ,
vique admota moriturum ? Scriptū est:
Quicquid semel fuerit consecratū , san-
ctum sanctorum erit domino . Non di-
xit mactatum coacta morte , sed conse-
cratum : mors enim necessaria initam
consecrationem sequebatur & consum-
mabat , sed non instituebat .

Qui ergo fatebitur veram fuisse sub
panis effigie veri corporis onsecrationē
& munus , in Ecclesię fidem & doctrinā:
fateri quoque debet sub panis effigie ve-
ram latere comedique consecratī my-
sticēque mactati corporis substantiam ,
id est , sacrificiū propitiatorium . Et qui
negabit sub panis effigie inesse laterēq;

DE DUPLO CI

veram corporis substantiam, negabit & Christum, vt sacerdos dici non possit, muneri pontificio satisfecisse, quantum ad consecrationis & oblationis in Ecclesia necessariæ legem ac rationem attinet, cùmque ostendet mortuum, sed nunquam antè consecratum oblatum que in Ecclesia, vt imperfectum sacrificium dici possit ac debeat.

Vnicam, inquit Spinax Caluinologus Christi oblationē agnoscimus, quā non mēsæ domini sed cruci assignamus. Cui responsum velim, Christum super crucem semel oblatum in victimam holocausti ad multorum exhaurienda peccata, id est, ad multorum mortem (qua peccati fœtus est ac stipendium) in diuina carne absorbendam & interficiendam, post quām semel ad multorū sanctificationem se in Ecclesia cōsecreaverat, mysticè mactauerat, & proprij sanguinis communicatione sanctificauerat. Adiungam super crucem Christum se holocausti victimam obtulisse, vt Abrahami figurā impleret arietem offerentis, inter vepres cornibus hærentem, post quām ligna ad suum incendium,

Isaac instar, baiulauerat. Sed illud Leuitici pontificis non erat officium, quod ad hostiarum consecrationem & manstationem, Ecclesiæ celebritatem, & conuentum requirebat, vt earum sanguinis aspersione expiaretur Ecclesia, & fieret testamenti dedicatio antequā hircus populi ferens iniquitates emitteretur, vel aries in postremum holocaustum offerretur à pontifice, egresso ex tabernaculo, hirci post emissionem.

Hęc autem mysteria quoniam in figura contigerant, Christus distinctè ad salutis nostrae dispensationem adimplere debuit, factus secundum ordinem Melchisedech in eternum pótifex: oportuit enim æternis ac melioribus hostiis æterna cœlestia, eoque ordine sanctificari, quo in testamenti dedicatione exemplaria sanctificata fuerant, prius quam hostiarum corpora, quarum facta fuerat in peccatorum remissionem sanguinis aspersio, extra castra cremarentur, ac fieret aries holocaustū ad præstandam pœnam remissis peccatis debitam, & antecedentem sanctificationem consummandam. Sic ergo & Christum ho-

stiam pro peccatis in Ecclesia offerri semel oportuit à se ipso pontifice, ad cœlestium sanctificationem, nouique testamenti dedicationem, antequam extra portā pateretur, ut hostiarum incendio responderet.

Deinde quoniam acceptæ sanctificationis beneficium Ecclesiam à necessariæ mortis maledicto non liberauerat, propter decretum: Morte morieris, adhuc non deletum, hoc à Christo vel donatis iniquitatibus deleri, affigiq; cruci oportebat, & aduersus potestates triūphare. Non enim poterat peccati maledicto, succedēs sanctificatio mortis decretum perfringere, & mortem quæ à peccato est, abolere, & quæ circa eā sunt principatus ac potestates subigere ac triumphare. Quamobrem extra Ecclesiam Christū offerri rursus semel oportuit, vt eorum qui sanctificati fuerant, erantque sanctificandi, mortem moriēs interficeret, decretūmque in ipsos pronuntiatum expungeret. Nihil enim sanctis erat accepta sanctificatio profutura sub peccato venundatis, nisi à necessariæ mortis maledicto absoluti fuissent,

& redempti: aliter enim chirographum decreti deleri non poterat, nec erat ip-
sis profutura redemptio , nisi prius san-
ctificatis. Nam, teste Paulo, in cruce se-
mel Christus oblatus est ad multorum
exhaurienda peccata , eorum puta pro
quibus fuerat effusus testamenti sanguis
in remissionem peccatorū, qui in Chri-
sti corpus insiti fuerant & essent inse-
rendi & expiandi per sanguinis commu-
nicationem. Non enim aliis est profu-
tura redemptio, quamvis pro omnibus
passus sit . Semel ergo Christus in Ec-
clesia priorique tabernaculo ad remis-
sionem peccatorum sub panis effigie se
consecrauit ac mactauit , sacrificij , qui
ab hominibus cerni nequit modo , vt
antecedentis mādati legem reprobans
transferret ac corrigeret , propter eius
inutilitatem. Et rursus ad destitutionē
peccati, id est, ad mortis quæ per pec-
catum in mundum introiuit , interfe-
ctionem extra Ecclesiam super cru-
cem se obtulit semel in holocaustivicti-
mam , spinea corona ad cornua crucis
adhærentem : vt qui in spem redem-
ptionis per sanguinis aspersionem ac

DE DUPLOCI

Iauacrum iam expiati, & à mortuis operibus sanctificati fuerant, erantque sanctificandi ad seruiendum Deo, inque Christi corpus insiti essent & inferendi intercedente huius morte in eorum redemptionem, æternæ hæreditatis possessionem assequi possent: vt qui in ipso mortui & consepulti fuissent, quatenus cum ipso vnum prius facti fuissent corpus per antecedentem corporis & sanguinis eius communicationem.

Ad oblationem crucis adiiciam, Christum passionis tempore diuinitatem suā cohibusse: vt huius caro tentari, contumeliis affici & occidi posset: qua ratione dici quidem potuit se occidendum obtulisse. Nam diuinitatem suam cohibendo, quum esset in tenebrarum potestate, carnem ac humanitatem suam hominum perditorum ludibrio relinquebat, & relinquendo offerebat, vt Patri pœnas daret peccatis nostris debitas. Sed hæc vnica oblatio holocaustū ad peccati destitutionem, & ad sanctitatis consummationem per sacramenti sumptionem acceptæ spectabat, vt supra demonstratum est: eratque oblatio-

nis pro peccato iam inchoatae continuatio ac consummatio , potius quam noua oblatio, aut oblationis initium.

Ysichius in eam rem docet Christum impassibilem diuinitatem custodiendo, solam humanitatem passionibus praebuisse. Deinde in cœlos, inquit, Passioni tempore abiisse dicitur diuinitas, nō de loco ad locum migrans, sed propriā virtutem ex humanitate cohibens , vt daret spatiū passioni. & alio loco, Quo tempore immolabatur in terris, vt pontifex ipse sibi sacrificium offerebat in cœlo. Hæc autem oblatio non impedit quo minus in priori tabernaculo ea que ad mysticam pro peccato oblationē ac immolationem respicebāt, impleuerit. Nam teste eodē Ysichio, ipse propriam carnē immolauit, ipse sui sacrificij pontifex in Sion factus est, quando noui testamenti dabat calicem. & alio loco: Ponere autē eum manū super caput vituli , & iugulare vitulū præcepit : nemo enim illum obtulit , sed nec immolare poterat, nisi semetipsum ad patiendum tradidisset: propter quod non solum dicebat, Potestatem habeo ponendi ani-

*Cap. 4.**Leuit. 16.**Ioan. 10.*

mam meam, & potestatem habeo iterū
sumendi eam: sed & præueniens semet-
ipsum in cœna apostolorum immola-
uit. Item, Quia videlicet prius figuran-
tem ouem cum Apostolis cœnans dñs,
postea suum obtulit sacrificium, & secū-
do sicut ouem semetipsum occidit.

IN LVCEM ANTECEDEN- TIVM QVAESTIVNCVLAE.



I S rebus expositis, à Spinace, reliquisque Caluinologis, omnibus precibus contendimus, ut exponat, An Christus antequā scripturam consummaret, ea quæ de ipsius sacerdotio ac passione scripta sunt impleuerit: ut ex Bezæ doctrina cœlestis veritas exemplaribus terrenis per omnia responderet.

Deinde an ex lege fuerit, vt pontifex Leuiticus hostiam offerret ac immolaret in priori tabernaculo pro peccatis populi, illiusque sanguinem exciperet crater, ac inferret in sancta sanctorum,

& offerret rogās pro sua & populi ignorantia?

Num etiam oportuerit pontificem eo oblato sanguine, sanctuarium & altare aspergere, ut hac fanguinis aspersione expiatet ab immunditiis filiorū Israēl?

Item iis rebus gestis, nū quoque oportuerit pontificem ad populū foris expectantē se referre, ut ipsum illato in Sancta sanguine, oblatōque cū precibus aspergeret ac sanctificaret ad emundationem carnis, sicque testamentum dedicaret, dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus: & absque ea aspersione non futuram peccatorum remissionem, testamētique dedicationē? Præterea, nōnne sancta sanctorum Moysaica fuerint exemplaria corporis Christi sancti sanctorum veri? Num etiam sanctuarium verū ac propitiatoriū nostrū est Christus, in quo thuribulum est aureum, manna verum, tabulæque testamenti, ex Mosis sententia dicentis: Sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuę: & Dauidis dicentis, Tu & arca sanctificationis tuæ?

Num eam fuisse parabolam temporis

instantis, iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiā perfectum facere seruientem, solummodo in cibis & potibus, variis que baptismatibus & iustitiis carnis, usque ad tempus correctionis impositis?

Num ergo Christum aduenisse & adstitisse pontificē, ut ea corrigeret faciēs in veritate, quæ fuerant in figuris adumbrata?

Post exemplarium sanctificationem, testamētique dedicationem, hircus populi peccatis onussum emittebatur: eōq; emissio consummationis holocaustum offerebatur, ac hostiarum, quarum sanguis pro peccato in sancta fuerat illatus, corpora extra castra cremabantur: propter quod Christus, teste Paulo, extra portam passus est. Num ergo Christi extra portam emissio ac supplicium, cælestium sanctificationem, testamentique dedicationem, quæ per sanguinis aspersionem fieri debuit, insecura sunt?

Hæc si Paulo cōcedātur, dicāt Aignoscēses Physici, quo modo quæ supra demonstrata sunt, à Christo impleta fuisse doceāt, nisi se modo sibi soli cognito ac

ineffabili, in Ecclesia priore tabernaculo, obtulerit, mysticèque immolauerit, sanguinemque poculo exceperit, & in sancta, id est, in se ipsum potando intulerit, eoque se altare ac sanctuarium verū, à nostris immūdiciis asperserit: deinde ut suum testamentum institueret ac dedicaret, cælestem ecclesiam ac familiam eodem sanguine ad conscientiarū emundationem, eodem asperserit poculo.

Hoc si Spinax aut Beza Calvinologi impugnant, Paulo respondeant dicenti, Christum pro nobis præcursorum in interiora velaminis, id est, suæ carnis introiuisse, factum pontificem secundū ordinem Melchisedech. Deinde Christum aduenisse ut assistens futurorum bonorum pontifex, per proprium sanguinem in sancta introiret. Dicant an Christus post quām in gloriam introiuit, factus sit secundum Melchisedech pontifex, an verò tunc factum fuisse consentiant, quum tabernaculi veri, quod fixit Deus & non homo, ministerium sortitus est? Dicant etiam, num assisteret futurorum bonorum ponti-

DE DUPPLICI

sex secundum ordinem Melchisedech
quum sui corporis & sanguinis partici-
pationem dedit: an verò ut priuatus ei
mysterio incubuerit, vt intelligamus:
Num ergo tunc per proprium potatum
sanguinem sanctificantem ~~utrum id se~~ dat in san-
cta, & in se ipsum introiuerit, vt se no-
strum sanctuarium ab immunditiis no-
stris emundaret?

Dicant, quum se Christus pro nobis
sanctificauit, vt in ipso essemus verè san-
ctificati, an in sancta introiuisse dici de-
beat, non secus ac quum glorficatus est
resurgens à mortuis, in gloriam dictus
sit introiuisse?

Quum resurgens nostra in Christo ca-
ro gloriam induit, & de cœlo cœlestis
effecta est, vt pro nobis vultui Dei ap-
pareat ab eo tempore gloriam expecta-
tibus: num etiam in cœlum illud ipsum
de quo cœlestis effecta est, introiuisse
dici debeat, non secus ac in gloriam, de
qua glorioſus effectus est, introiuisse di-
ctus est: & quū à se ipso sanctificatus pro
nobis est, nōnne in ea sancta de quibus
sanctificatus est, introiuisse dici debet?

Hæc quum ita habeant, quis negabit

poculi fuisse sanguinem tabernaculum
diuinitatis non manufactum, sed verbo
Dei humana natura non cooperante:
per quod Christus, ut homo, in sancta
introiuerit, id est, Deum induerit (intrat
enim qui induit) non secus ac in cœlum
ipsum, & vt Caluini verbis utar, in glo-
riam introiuit per sanguinem verbo fa-
ctum, sed humana cooperante natura,
huiusque creationis, qui è venis in cru-
ce effusus est?

ије да искључију се из његовог
имања, али и да га узимају као
сопствену власништво. Овако је
дешавало и у неким случајевима
који су се десили у време када је
Србија била под турском окупацијом.
У тој епохи, када су српске
земље биле под турском окупацијом,
и када су српски грађани били
некима узимани као робови, али
и да се њихова имовина узимала
и да се њена власништво прелазило
из рук у руке, тада је било
нормално да се и овакви случајеви
дешавају. Али је то било у складу
са тадашњим законом и обичајем.

Да ли је ово у складу са једним
од најважнијих принципа људских
права, који је да сваки човек има
право на своју имовину? Да ли је
оно у складу са једним од најважнијих
принципа људских права, који је да
сваки човек има право на своју
имовину? Да ли је оно у складу са
једним од најважнијих принципа људских
права, који је да сваки човек има право на
своју имовину?

DE
IUDAICI
PASCHATIS IMPLI-
MENTO ADVERSVS
Caluinologos.

PER NICOLAVM
VILLAGANGNONEM
Francum, equitem
Mellitensem.

L V T E T I A E,

Apud Sebastianum Niuellum, in via
Iacobæa, sub Ciconiis.

Cum Priuilegio Regis.

I V A D V I I M P E R I U M

Autum est Christianissimi Regis Francorū Privilegio, ne quisquam vel excudat, vel excusetur alibi discedat libros quoniam idiorum in lucem editos à D. Nicolao Villagagnone, equite Mellitensi, ante septennium, prima cuiusque operis editione, nisi eius permisso ac voluntate: quod ille Sebastiano Nivellio libenter impertit. Qui secus faxit, multa amplissimo diplomate indicta, plectitorum Apud sanctū Maurum. 2. Septembris. anno 1568.

Par le Roy en son Conseil.

De Laubespine.



AD CLARISSIMVM
D. BARTHOLOMÆVM
Faïum, Regium consilia-
rium, Nicolaus Vil-
lagagnon.

De religionis nostræ veritate
vocatus in contentionem ab
hostibus fidei, Missam esse cor-
poris Christi sacrificiū inficiatibus, à ver-
bis Euāgelicis ac veteris testamenti figu-
rarū implemento, Ecclesiæ propugnatio-
nē suscepi, hanc à Paschatis figura insti-
tutæ. Ostèdi Mosem in figura Israēlis re-
dēptore, antè quād ex Āgypto in pro-
missam terram exercitum suū traduce-
ret, agnum pro trāsitu sacrificasse in sua
familia, ac cum ipsa comedisse, ut de sa-
crificio fierent inter se participes, prius

quām itineri se committerent. Quo exemplū docui Christum veritatem, hora facta, quum esset ad Patrem transiturus, se necessariō in transitus hostiā sacrificasse ac sub panis effigie comedisse, comedendūmque deditse antē quām se tenebrarum potestati permitteret, ad earum nutum ex hoc mundo in cælum excessurus: eoque suos ad se tandem tracturus. Hac nostram sententiam multis scripturæ locis Patrūmque testimoniis confirmavi, quæ in hoc libello inserta & inscripta sunt. Libellum verò tibi dedicandum esse mihi putauī: ut pro nostra amicitia coniunctis animis aduersus hostium impressiones ac impetus, firmius hæreamus. Vale.



DE IVDAICI PASCHA-
TIS I M P L E M E N T O
aduersus Caluinologos.

Quod Christus pontifex æternus per sui corporis cōmunicationem, à mortis regno Ecclesiam suam in Vitæ Deique regnum traduxerit, atque ita impleuerit quæ de ipso in lege scripta & figurata fuerant, quantum ad sacerdotij translationem attinet.



ALVINVS & Beza, è quorum traditione sacræ scripturæ spiritum cibibistis, ô Caluinologi, disertis verbis attestantur Christum Iudeorum pascha stando, & calceis non detractis comedisse cum patrefamiliâs ad quem diuerterat, prius quam cum suis duodecim in cœnaculum se ad cœnam reciperet, operamque

Matth. 26.

DE PASCHATIS IMPLEMENTO]
daret noui testamenti mysterio.

Ioan. 13.

Diuus Ioannes refert, Dominum cœna facta surrexisse, & Apostolos abluisse, deinde recubuisse: deque Iuda proditore dixisse, Vnus ex vobis me tradet.

Luc 22.

D. Lucas nobis author est, Dominum in eo recubitu, quo de proditione Iudæ sermonem habuit, id est, post diem decimum quartum, post lauacrum Apostolorum, cœnāmque typicam dixisse: Desiderio desiderauit hoc pascha manducare vobiscū antè quām patiar, quia hoc post hac non manducabo, donec impleatur in regno Dei.

Matth. 26. D. Matthæus & Marcus cum Luca cō
Marc. 14. sentiunt, tunc Dominum de proditione Iudæ loquutum, quum noui testamenti mysterio incumbebat: id est, postquam iterum recubuisset.

Hinc ergo perspicuum esse dixi, iam iam, Phase Iudæorum, id est, veteris testamenti, factum & consumptum fuisse, legémque Iudaici paschatis sacrificandi translatam, quum Dominus suum paschatis edendi desiderium discipulis exprimebat: de suoque corpore mystice immolando, & non de Iudaico agno intellexisse.

Adiungam, hinc etiam probari posse, *Tertu. lib.*
 ostensum pascha , cuius edendi deside- *4. Aduer-*
sus Marc.
 rio se ita teneri testabatur Dominus,
 fuisse corpus eius, pascha nostrū , quod
 tunc volebat modo sapiētiæ suæ cogni-
 to , ad legis implementum sacrificare,
 & sacrificatum suis Apostolis comedē-
 dum dare, vt ipsos sui sacrificij faceret
 participes , antè quàm ex hoc mundo
 transiret ad Patrem , non secus ac He-
 bræi patres, immolati sui paschatis mā-
 ducatione, cum Mose, & inter se parti-
 cipauerant, antè quàm ex Ægypto in
 promissam terram transmitterent.

Hoc vt magis perspicuum esse possit,
 ad Caluini Bezaeque sententiam animū
 adjiciamus . Si Christus stādo, soleis nō
 detractis, & antè quàm ad cœnam ac-
 cumberet, pascha Iudæorum comedē-
 rat quartadecima die mensis : exponat
 quo modo fieri potuisse intelligent, vt
 quintadecima die post cœnā, pst laua-
 tos Apostolos, post quam Dominus ac-
 cubuisset, illud ipsum pascha iam con-
 sumptū iterum demōstrasset, huius co-
 medendi accensus desiderio ? An quod
 non erat amplius, ostendi poterat?

Quod stando secundum legem cum

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
patrefamiliās comedērat Dominus, an
potuisset accumbendo seorsum ab ipso
patrefamiliās, cum solis Apostolis con-
tra legē comedere caluinique opinio-
nem? Item, quòd ante cœnam calceis
indutis comedērat, an potuisset post
cœnam, póstque lauatos Apostolorum
pedes detractis soleis rursus mandu-
care?

Præterea Caluinus & Beza docent,
non solum' ante postremam cœnā Do-
mini pascha legis fuisse manducatum,
sed ei manducationi tempus constituūt
inter duas vesperas quarti decimi diei.
Prior autem vespera Hebræis, à meri-
die incipiebat, & posterior cum Solis
Bez a 26. occasu præteribat, initio noctis diei de-
in Matth. cimiquinti.

At de multa nocte decimi quinti diei,
Dominus Apostolos abluit, & deinde
recubuit: tuncque desiderij sui sermonē
habuit: vt dici non debeat, desiderium
illud comedendi paschatis, ad pascha
Iudaicum pertinuisse: ei enim comedē-
do spatium inter duas vesperas decimi
quarti diei, ascribunt Caluinus & Beza.

Caluinus tamē sui oblitus paulò póst,
ne huc impingeret, de duabus vesperis

cum Hebræis cōsentire noluit. Is enim duas vesperas decimi quarti diei, contra scripturam ab huius Solis occasu dif finiuit: vt prior ab occasu Solis decimi quarti diei inciperet, ac vsque ad obscuram noctem decimi quinti producere tur: & posterior ab obscura nocte inciperet, & cum Solis ortu decimi quinti diei subsequente coniungeretur, vt non un horarum interuallo secūda vespera concluderetur, & orienti Soli decimi quinti diei antecederet: hoc modo vespertas decimi quarti diei ex nocte decimi quinti faciens: quod nō ridiculum esse iudicarem, nisi ab Aydgnosensi viro, cui omnia licere tributum est, hoc cōmentum effluxisset. Nam qui vespertas decimi quarti diei, quas occasus Solis excludit, nocti diei decimi quinti attribuit, stultius nihil fingere potuisse iudicandus est.

Hoc affectus mentis errore Caluinus, ita sui oblitus est, vt postquam docuerat Christum, pascha Iudaicū stando cum patrefamiliās comedisse, prius quam dimisso patrefamiliās cum Apostolis in cœnaculum stratum, ad opus sui mystérii secederet, è vestigio docuit Christū,

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
noctu cum solis suis duodecim accū-
bentem, inter duas vesperas Iudæorum u-
pascha fecisse & comedisse: quod per- p
inde est ac si diceret, Christum post te- p
stamenti legisque translationem, rursus b
legi & veteri testamento operam dedi- tu
se, in cuius opinionem descendit Beza: g
quamuis figura typis excusa, demonstra- u
uerit temporis spatium, quod occasum
Solis insequitur, fuisse diei occasum So
lis insequentis, id est, decimi quinti diei
initium, quoniā hora duodecima, He- ri
braeis diem finiat.

Miratus sum viros istos, alioqui non
malè perspicaces, in cā se stupiditatē in-
duisse, vt legis non meminerint statuē-
tis agnum Iudaicum, inter duas vespe-
ras non decimi quinti diei, sed decimi
quarti primi mensis immolari oportē-
re. Nam secundum hanc legem, quum
post occasum Solis decimi quarti diei,
decimi quinti diei nox incipiat, & im-
molationem agni Caluinus & Beza in
eam reiiciāt, Christum & patrem fami-
lias transgressæ legis reos faciunt, quod
non decima quarta die ex lege, sed de-
cima quinta contra legem operam Iu-
dæorum sacrificio dederint, ante Solis

ortum decimi quinti diei, id est, vt Cal-
uinus somniauit, inter duas vesperas, è
priore noctis decimi quinti diei vigilia,
priorem decimi quarti vesperam, & tri-
bus subsequentibus secundam consti-
tuens, vt hæc cum Solis ortu coniun-
gatur.

Mirum est etiam Bezam nō animad-
uertisse, Christum, si seorsum à patrefa-
miliās accumbēs cum discipulis, Iudai-
cum aliquod pascha fecerit & comedē-
rit, oportuisse hoc quoq; seorsum à pa-
trefamiliās, ipsius in domo à Christo
sacrificari, & huius sanguine alienæ fa-
miliæ postes ac subliminaria liniri: qua
in re contra legem Christum fecisse pla-
num esset. Nam Caluino teste, nemo fo-
ris ad alieni paschatis participationem
aducniens, aliena in domo poterat pa-
scha facere, alienāmque operam præ-
stare: tametsi posset paschatis, cum pa-
trefamiliās fieri particeps. Nam quisq; *Lege phi-*
paterfamiliās lege obstrictus erat, pro- *lo. decalogo*
prium Pascha, propria in familia facere *& vita*
difinito tēpore, id est, inter duas vespe- *Mosis.*
ras decimi quarti diei: quamuis si illi cō-
uiuis opus erat ad esum sui paschatis, vi-
cinam familiam conuocare posset.

DE PASCHATIS IMPLEMENTO

Huc adiungam, Iudæis ex lege fuisse
necessæ decima mensis die agnum an-
niculum ab ouilibus segregare, cùmque di-
domi usque ad decimum quartum di-
immolandū custodire. Hoc ergo Chri-
stum agere debuisse apertum est, si ipse
arietē in pascha ex lege sacrificasse cre-
ditur: tamen hoc factum esse Euangeliū
non ostendi. Qui ergo contendit agnū fu-
alium quām qui à patrefamiliās tempe-
stiue subductus erat, à Christo sacrificata
tum & manducatum esse post occasum
Solis, quādo cum suis accumbebat, ostendit
illum modis omnibus in legem co-
misisse.

In eam sententiam Beza docet, veri-
simile esse Christum, vna cum patrefa-
miliā pascha legis comedisse, quoniam
oportebat (eius verbis utar) totam do-
mus familiā, edēdo agno interesse ex
legis præscripto. Quod si totam domus
familiā edendo agno interfuisse Be-
zæ credimus, non sine ratione negabi-
mus fuisse pascha Iudæorū, quod Chri-
stus accumbens cum suis Apostolis, se-
orsum à patrefamiliās à se factum come-
debat: sed nostrum, id est, corpus illius,
sub panis effigie consecratum & sacri-

ficatu, vt nihil ambigi debeat Euchari-
stiam, esse hostiam salutarem, quæ cœ-
li pandit ostium, & Christum, Dei sapiē-
tiam, hostias suas tunc mactasse, quum
parauit mensam suam.

Quem agnū ergo contendis à Chri-
sto cum patrefamiliās stando mandū-
catum esse? Dixi ex Bezē sententia eum
fuisse, quē patrefamiliās inter duas ve-
speras decimi quarti diei ex lege sacri-
ficauerat, antè quam Christus ad sui
testamenti sacrificiūque mysterium &
implementum in stratum cœnaculum
se reciperet.

Præter ea quæ à nobis supra demon-
strata sunt, hoc quoque me deducit ab
eorum sententia, qui putant Christum
accumbentem, pascha Iudaicum fecis-
se, & comedisse, quòd illi docere non
possint Christum Deum, Deo patri vn-
quam bruta sacrificasse, brutorūmque
sacrificiis Deum patrem adorasse, qui
mundum ingrediens dixerat, Sacrifi-
cium, oblationes pro peccato noluisti:
tunc dixi: Ecce venio.

Sed qui contradicendi studio conté-
det ipsum, brutis cæsis litasse, necessariò
probare debet hunc suo tempore litaf-

Prover. 9.

Psal. 39.

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
se, id est, inter duas vesperas decimam
quarti diei, id est, ante Solis occasum.
At Marcus narrat hūc iam factō vesperā,
id est, quarta decima die iam prae-
rita venisse, discubuisse, comedisse &
nem sumpsisse, arietis nulla facta me-
tione:qua in re nobis eo de sacrificio
mnem tollit dubitationem: qui enī
post secundam vesperam decimi qua-
diei venit, nō potuit inter eiusdem di-
duas vesperas phase Iudaicum facere
id est, sacrificare.

Qui mecum hac de re cōfixerunt, hi
adacti, hanc vnam euafonis ratione
iniuerunt. Negauerūt phase Iudaicū
esse sacrificium: quamobrem dixerūt
me frustra hanc immolationis difficul-
tatem ingerere. Sciri quidē nō ex Cha-
sti dignitate deffendi posse hunc, De
bruta sacrificasse: sed citra huius iniurie
hunc dici posse, agnum paschalem occi-
disse, ciborum instar communium, &
memoriam transitus patrum ex Aegy-
pto, ex legis præscripto comedisse.
ergo omnem hac de re rixandi occasio-
nem illis p̄cidamus, probabimus pha-
se Iudaicum, fuisse sacrificium, & citra
blasphemiæ suspicionem cōtendi no-

ADVERSUS CALVINOLO. 48
posse Christum eo sacrificio Deum co-
luisse.

Ex verbis mosis, phase fuisse sacrificiū,
liquido perspectum est: Ite inquit, tol-
lētes animal per familias vestras, & im-
molate phase. Paulò pōst: Et cùm dixe-
rint vobis: Quæ est ista religio? dicetis
eis: Victima trāsitus Domini est. Dein-
de: Vocatisq; Mose & Aaron, ait: Surgi-
te, egredimini à populo meo vos & filij
Israël, & immolate Domino sicut dici-
tis. Et num. 9. Ecce autem quidam im-
mundi super animā hominis, qui non

Exo. 12.
Num. 9.

poterant facere phase in die illo, acce-
dentes ad Mosem & Aaron, dixerūt eis:
Immundi sumus super anima hominis,
quare fraudamur, vt nō valeamus obla-
tionem offerre Domino, in tēpore suo,
inter filios Israël? paulò pōst: Si quis au-
tem & mundus est, & in itinere nō fuit,
& tamen non fecit phase, exterminabi-
tur anima illa de populis suis: quia sacri-
ficiū Domino nō obtulit tempore
suo. Et: nō poteris immolare phase in

Deut. 16.

qualibet urbium tuarum. Item: Inimola
bis phase vespere ad oēcasum Solis de-
cimi quarti diei. Et Marcus: Primo die
azymorum, quādo pascha sacrificabāt.

Marc. 14.

DE PASCHATISI M P L E M E N T O

Luc. 22.

Et Lucas: Dies azymorū, in qua necesse erat immolari pascha. Deniq; omnibus scripturæ locis, quibus fit mentio paschatis, intelligi potest, hoc sacrificij nomine locóue sumi.

Heb. 5.

Obiicies patres familiás non fuisse sacerdotes, ideoque fuisse offerendi facultate illis interdictum. Hoc autem in responsum accipe, me non inficiari, pontificem ex hominibus assumptum in iis quæ sunt ad Deum constitui, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. At paschatis sacrificium ad peccatorum populi remissionem nō pertinebat: erat enim pro transitu cuiusque offerentis, & memoriale salutis exceptæ, exutæque Dei clementia seruitutis. Philo Iudæus, in vita Moseos & decalogo, scribit, patres familiás, ad hoc genus sacrificij ex priuilegio, quasi fuissent sacerdotes, à Deo vocatos: hunc lege.

Nonnulli contra Philonis sententiam sacrificandi Paschatis priuilegio patres familiás expulerunt, eo solis sacerdotibus attributo: hac tamen lege, ut patribus familiás fuerit necessarium, agnum in suos humeros imponere, atque in templum ad sacerdotem importare inter duas

duas vesperas decimi quarti diei, ut eū sacerdos acceptum offerret ac immolaret: quem deinde pater familiās à sacerdote repetitum rursus humeris impositum domum referret cum sanguine, ad postes ianuæ liniendos. Secundum quā opinionē Christus diuersoriū introgressus, arietem ab Apostolis paratū in humeros suos impositum, ad sacerdotem necessariō importasse credēdum est, & sacrificatum retulisse. Sed ab hac opinione me Marcus abducit, dicens: facto vespere, id est, hora sacrificij constituta iam præterita, Christū in diuersorium se contulisse, accubuisse & panē sumpsisse, eius ceremoniæ nulla facta mētione. Et quoniam sacrificandi paschatis prouincia, patrem familiās directò respiciebat, existimauit Christum in Apostolos, quod suarum ipsius erat partium, cōtra legem non reieccisse, vt ipso absente agnum cutarent sacrificandum. Præterea, hæc opinio Mosaico præscripto esse videtur contraria. Vocauit enim Moses omnes seniores Israël, & dixit ad eos: Ite tollētes animal per familiās vestras, & immolate phase, fasciculūmque Hysopi tingite in sanguine, qui est in

Marc. 14.

Exo. 12.

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
limine, & aspergetis ex eo superlimi-
nare & vtrumque postem. Nullus ve-
strum egrediatur ostium domus suae
que mane. Et egressi fecerunt sicut eis
precepit Moses & Aarō. Quia in te nulla
sacerdotum mentio facta est. Nam ne-
erat adhuc ordo ille sacerdotalis insti-
tutus, nec ullum in eam rem templum
extructum.

Hæc audientes nonnulli dixerunt, ab
Euangeliorū lectione planū fieri, Chri-
stum, aliter quā ego docuerim, Pascha-
tis mandationem intellexisse, vnam
que ipsi Christo vobiscum de Paschate
fuisse sententiam. Scriptum est enim,

Matt. 26. Prima die azimorum quando Pascha
sacrificabant dicunt ei discipuli, Quo
vis eamus & paremus tibi manducare
pascha? Deinde, Et abierunt discipuli,
& inuenierunt sicut dixit eis, & paraue-
runt pascha. Item: Venit dies azymorum
in quā necesse erat immolari Pascha. Et

Luc. 22. mihi Petrum & Ioannem, dicens: Eun-
tes parate nobis Pascha, vt manduce-
mus. Deinde: Vbi est diuersorum
vbi Pascha cum discipulis meis man-
ducem? & ipse ostendet vobis cœna-
culum magnum stratum, & ibi parate.

Ibidem.

Euntes autem inuenierūt sicut dixit eis,
& parauerunt pascha.

Ex his locis docent Apostolos, agnū
paschalem Iudaicum parauisse, quem
Christus sacrificauerit, & cum ipsis epu-
latus sit accumbens seorsum à patrefa-
miliās, sed ita sese in Bezeniam repre-
hensionem incitant. Is enim docet to-
tam domus familiam edendo agno in-
terfuisse, & Christū ex legis præscripto,
stādo agnum illum comedisse cum pa-
trefamiliās antē quām in cœnaculum
ad mysterium suum se conferret. At Be-
zam omittamus. Ad Euangelistas ani-
num adiiciamus. Euntes parate nobis *Luc. 22.*
vt manducemus pascha. Deinde: Inue-
nerunt sicut dixit eis, & parauerunt pa-
scha.

Prius quām penitiorem huius myste-
rij sensum effodiamus, quærām ex te,
quid Paschatis, & quid apparatus nomi-
ne intelligas? Si ad agnum, Paschatis si-
gnificationem referas, accipe agnum il-
lum anniculum, qui ad solemnia parari
debuit, Paschatis nomen antē non ha-
buissé, quām consecratione, oblatione,
& sacrificio, ex agno hostia facta sit. Ita
qui pascha memorat, agnum in sacrifi-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
cium fuisse iam immolatum indicat, ac
ex agno factum fuisse pascha.

Matt 26.

Quum ergo dixerunt Apostoli: Quò
vis eamus, vt paremus tibi māducare pa-
scha? Innuerunt se, de agno intelligere,
quem à patrefamiliās, ad quem se con-
ferebant, iam sacrificatum putarent, vt
ille, proposito Christi cognito, suum e-
pulum ita pararet ac metiretur vt suæ &
Christi familiæ sufficeret: alioqui enim
si ex improviso venisset Christus, acci-
dere potuisset, vt iam consumptum sa-
crificium inuenisset. Si scriptum esset:
Quò vis eamus, vt paremus tibi agnum
à te quum veneris, ~~ad~~ sacrificandum, vt
ex eo comedas: aliquatenus vestra def-
fendi posset opinio. Sed scriptum est,
Parate nobis pascha, vt manducemus,
id est, agnum iam sacrificatum parate
nobis in cibum.

Præterea, si à nobis dissides, conside-
ra quid parare tibi significet, & quo die
parandum hunc suscipiebant Apostoli?
Non eo quidem die qui lege ad agnum
segregandum præscriptus erat, id est,
non decima die parandum & segre-
gandū assuebant, sed quarto decimo,
qui non apparatui, sed sacrificio dicatus

ADVERSUS CALVINOLΟ. 51
erat. Si ergo ex solēnitatis dic parasce-
uem fecissent, legem soluissent

Ergo si parandi significationem ac-
ceperis, vt hāc nolis agni segregationē
respexisse, sed ipsius esum: necessariō in
Bezæ nostrāmque sententiam tibi ve-
niendum est, & dicendum missos Apo-
stolos, vt de Christi aduentu patremfa-
miliā certiorem facerent: vt hoc intel-
lecto, cibum sui sacrificij ita metiretur
ac distribueret, vt præter domesticam
ipsius familiā, Christi familiæ sufficere
potuisset: parandū insuper curarent cœ-
naculum, & panes azymos, aquam, & vi-
num ad Christi sacrificij mysterium.

Si in hac sententia nolis acquiescere,
dic in quam significationem parandi
paschatis mandatum interpreteris? An
opinio tibi est, Christum suis imperasse,
vt agnum anniculum alicunde corro-
garent tempestiuē segregatum, ac ma-
tarent, ciborum instar communium,
vt quum aduenisset Christus, ei superef-
set nihil, nisi vt accumberet, ac epulare-
tur? In hanc enim opinionem videris
inclinare. Sic autem Christum præuari-
cationis, mortisque reum faceres. Tunc
enim non poterat agnus non sacrificia-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
tus comedi. An ergo huc mandatum
applicabis, vt Apostolis fuerit in præ-
scriptionem agni conquirendi, conse-
crandi, sacrificandi & assandi, vt ad ves-
cendum Christo reliquum nihil fieret?
Hoc autem non leuioris criminis fuis-
set, quam superius mandatum. Nam a-
rietis sacrificandi prouinciam, quæ ex
priuilegio ad patrem familias pertine-
bat, familiaribus contra legem non im-
posuisset Christus. Quòd si vicem ma-
gistri citra mandatum sibi præstadam
arrogassent Apostoli, in magistrū ipsum
commisissent.

Denique, si ita habet vt intelligis, qua-
re scripsit Lucas, non ab agni cſu, sed à
poculis & libaminibus, post pedum &
blutionem conuiuum cœpisse? Quæ
autem fuisse tibi videtur agni anniculi
magnitudo, vt duodecim homines, ta-
dio ac merore confecti, eum integrum,
tam angusto temporispatio comedere
potuissent, vt ex eo nihil restaret? Acci-
pe ea in regione arietes, dupla quanti-
tate, Europæ arietes excedere, vt vi-
ginti epulonibus quantumuis fameli-
cis, aries vnuſ sufficeret. Longè ab hac
vestra contemplatione nos abducunt

Euangelistæ. Ioannes enim testatur dominum, quum iterum accubuisse tur-

batum spiritu, dixisse de Iuda prodi- *Ioan. 13.*

re: Cui intinctum panem portexero, hic

Matth. 26. me tradet. Et Matthæus: Qui intingit

mecum manum in paropside, hic me

tradet. Diuersa ergo ab agno tosto ac

torrido, esculēta erant apposita, quibus

panis intingi posset. Præterea, non vi-

deo qui paropsis tam capax inueniri

potuisset, ut anniculum arietem conti-

nuiisset. Quū ergo legi Apostolos Chri-

sto sibique parauisse, ut pascha comedere-

rent, non ad pascha Iudaicum, post le-

gis & testamenti veteris translationem

sacrificandū & comedendum, sed ad ea

quæ suprà docuimus, quævē ad Christi

mysterium attinebant, animum meum

appuli. Nam & azymi panes, solēniorū

vñi destinati, paschatis appellatione

diffiniri potuerunt, veluti ex Ioanne cō-

iectura consequi potes, dicente: Non

Ioan. 18. introierunt in prætorium ne contami-

narētur, sed vt manducarent pascha.

Quo loco non de ariete sacrificando &

comedendo loquutus approbatur. Nam

ex eo nullæ reliquiæ vñque mane super-

Exod. 12. esse debuerunt. Non remanebit, inquit

DE PASCHATIS IMPLEMENTO.

Moses, ex eo quicquā usque mane. Preterea idē ipse Ioānes, pascha p die festo

Ioan. 19. capit, uti scriptum est: Parasceue autem

Luc. 22. paschæ hora quasi sexta : quæ dies erat decima quinta pridie sabbati. Et Lucas,

Appropinquabat dies festus azymorū, qui dicitur pascha. Quum ergo pascha parauerunt Apostoli , quæ ad solemnia & mysterium attinebant, esse parata intelligo , & non agnum à Deo intempeſtiuē, id est, de multa nocte decimi quin

Ioan. 13. ti dici, contra legem sacrificiū: Erat enim nox Ioanne teste : vt non possim Lucam interpretari, de veruecina carne intellexisse, quum post ablutos Apostolos de paschate comedendo mentionem habuit, sed de nostro paschate sub panis effigie distributo & manducato , quum in crūcem se māctandum offerebat, cō

Matth. 26. secrabat, & sacrificabat Christus, dicēs:

Marc. 14. Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur.

Matth. 26. Huic sententiae me verba Domini cōfirmarunt. Is suos interrogans, Scitis, inquit, quòd post duos dies pascha fit, & filius hominis tradetur , vt crucifigatur? His enim verbis Christus ostēditur, non de Iudaico paschate loquutus, sed

de suo. Certum est enim post duos dies ab eo quo Christus hæc enuntiauit, hūc traditum & crucifixum esse: Is enim decima quinta luna mensis traditus & crucifixus est, & decimatertia futuram post duos dies mortem crucis prædixerat. Quum ergo eo die quo traditus & crucifixus est, pascha futurum esset ante traditionem, si de paschate Iudæico intellexisset Dominus, dicere non debuit: Post duos dies fit pascha: sed intra duos dies. Nam pridie traditionis & passionis, fiebat pascha Iudæorum inter duas vespertas, id est, decima quarta die: quæ, teste Beza, cum Solis occasu præteribat, & decimæ quintæ cedebat, ut à Solis occasu decimæ quartæ diei, quindecimus inciperet dies.

Irenæi hæc fuit quam propugnamus sententia. Is exponit Adamum, exemplar Iesu Christi, sexta die hebdomadæ mortuum fuisse, eoque die mortuum quo fructum mortis comedérat, ut exemplo esset Christum, eo die moriturum ad æternitatem nostram, quo fructum vitæ, pascha nostrum, comedisset, id est, sexta hebdomadæ. Si ergo sexta die hebdomadæ pascha suum comedisse

D E P A S C H A T I S I M P L E M E N T O

Matth. 26. Christus creditur, & traditioni pascha antecesserit, ut ab his verbis approbatur: Pascha fit, & filius hominis traditur, ut crucifigatur: necessariò credendum est, Christum sexta die Hebdomadæ paulò antè suam traditionem, se pascha fecisse & comedisse, ut inter Paschatis mysticum sacrificium, & morte crucis, interiecta sit traditio. Beza his laqueis irretitus euolui se non posse putauit, nisi contextum Euangelicum corrumperet, dicens: Inter duos dies pascha fit, ut ad pascha Iudaicum verba Domini spe etare videantur: quamuis Beze didascalus lectionem Ecclesiæ hoc loco sequitur sit, dicens: Post biduum pascha fit.

Quum ergo duos dies præteriuisse oportuerit, antè quam Christus pascha suum apud patrem familias cum solis faceret Apostolis, & pascha Iudeorum intra duos dies necessariò fieri debuisset, dixi Christum eo de faciendo paschate loquutum, cuius edendi desiderio tene ri se demonstrabat, quin post ablutos Apostolorum pedes, nocte in qua transdebatur, id est, sexta hebdomadæ accubuisse.

Hoc autem pascha dixi, post Tertu-

lianū, fuisse corpus Domini, pro nobis *lib. 4. ad-*
uersus Mar
cio.
 panis sub effigie Deo patri cōfecratum,
 datum, oblatum, mysticēque sacrificia-
 tū: vt deinde extra portam ex lege mo-
 reretur ac fieret holocaustum. Tu tamē
 hoc inficiaris, ne Missa nostra, id est,
 eucharistia, salutaris hostia dici possit: &
 affirmas hanc Pauli sententiam: Pascha *i. Cor. 5.*
 nostrum immolatus est Christus, non
 aliò quām ad crucē spectare: quasi Chri-
 stus non se consecrasset, immolatio-
 nēmque paschatis in sua familia nō im-
 pleuisset, quum extra portam vi ad sup-
 plicium tractus est. Quis autem vos do-
 cuit vllum pro transitu & pro peccato
 posse sacrificium constitui, aut depin-
 gi, absque antecedente consecratione
 & oblatione, & quod semel fuerit in Ec-
 clesia consecratum morte mactandum
 esse?

Non melatet Christo crucifixo crura
 fracta nō fuisse, vt scriptura impleretur,
 Os non comminuetis ex eo: quod & ad
 paschatis hostiam dirigi certū est. Hoc
 tamen scripturæ implementū non im-
 pedit, quo minus Christus in Ecclesia
 sese prius consecrauerit, obtulerit, san-
 ctificauerit, ac mysticē mactauerit, vt ex
Ioan. 19.

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
lege paulò pòst morte moreretur , idq;
supplicij genus oppeteret, ad quod sece
consecrauerat. Nam consecrantis voto
ac deuotioni, respondere debet species
Matth. 26. mactationis. Quum ergo in pascha se
Marc. 14. consecrauit Christus , dicens : Hoc est
Luc. 22. corpus meū quod pro vobis datur: non
debuit consecrationis consummatio , à
lege paschatis consecrati votóque con
secrantis discrepare:nec , quoniam in
cruce consummatio facta est, cum san
guinis effusione cruenta, sequitur nullam
prius factam fuisse mysticam mactatio
nem in consecratione.

Nescis vnum quodque sacrificium his
confistere, consecratione, oblatione &
mactatione , vt altervtro neglecto, nul
lum esse possit sacrificium , & abs resu
perfluóque alterutri operam impendi.
Nam mactatione antecedens in morte
consecratio consummabatur, & à con
secratione , ad optatum effectum vires
capiebat mactatio. Hinc patres quoniam
ex lege consecrationem mors necessa
riò sequebatur, mortis voluntariæ no
mine ipsam consecrationem diffiniue
runt, & mactationem, quæ consecratio
nis est finis, coactæ & cruentæ. Quam

obrem corpus Christi sub panis effigie mysticè consecratum Missam, id est, voluntarium sacrificium donumque vocaverunt: & huius consecrationem, mortem voluntariam. Is enim qui morti se potest eripere si velit, & non vult, sed se vltro in morte offert ac consecrat, quoniam mortis suæ conscius est, mortem fibi consciuisse iudicatur. Christus ergo quem offerre ac immolare poterat nemo, nisi se ipsum obtulisset, & ad patiendum tradidisset, quum se consecravit, fibi mortem intulisse dictus est. Propter quod (ut in hoc propositum adnotauit Ysichius) nō solum dicebat: Nemo tollit animam meam, sed eam pono à me ipso, potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: sed præueniens crucem suam semetipsum in cœna Apostolorum immolauit: & hunc sacerdotem LXX. non solum vñctum siue linitum, sed & consummatū manibus appellauerunt: consummatus est enim prius in cœna mystica, accipiens panē & frangens. Deinde per crucem quando ligno affixus est. Non ergo repugnat, os in cruce illi non fuisse comminutum, & in hoc paschatis

In Leuit.

cap. 4.

Ioan. 10.

gr. mact.

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
figuram impletam esse à cōfectoribus,
quum ad consecrationis implementum
palam mactatus est, & eum ipsum se im-
molasse modo sibi cognito, ac mysticā
figuram impleuisse.

Hoc & ita habere nos docuit Christus
Matth. 26. Iustus his verbis: Apud te facio pascha
meum cum discipulis meis. His enim
verbis probatur, non in cruce, scorsum
à discipulis, sed cū eis apud patrem
familias post duos dies, pascha suum fa-
cere voluisse.

Sed Lucæ lectio, si huc mentis aciem
infixeris, omnem tibi hac de re tollit
Iuc. 22. dubitationem. Et quum, inquit, facta
set hora, discubuit, & duodecim Apostoli
cum eo, & ait illis: Desiderio des-
deraui hoc pascha manducare vobis, qui
antequam patiar: dieo enim vobis, qui
post hac non māducabo illud, quo usque
impleatur in regno Dei.

Hora, inquit, facta: cuius rei horam fa-
ctam esse iudicabis? Quid hoc loco tibi
significat, horam factam fuisse? Ioanne:
hoc videtur exposuisse, dicens: Sciens
Iesus quia venit hora ut transeat ex hoc
mundo ad Patrem: & cœna facta, surgit
à cœna, & ponit vestimenta sua; & cū

ADVERSUS CALVINOLO. 56
accepisset linteum præcinxit se, &c. An
de horæ tempore ij tibi videntur inter
se conuenire? Si conueniunt, accipe de
Iudaico paschate Lucam non intellexis
se, eius enim sacrificandi tunc tempus
effluxerat: erat enim nox decimi quinti
diei, cum Christus, post lauatos Apo-
stolos accubuit. Et decima quarta dies,
in quē inciderat paschatis immolatio,
præterierat. Hora ergo facta, Christi pas-
chatis mysterium appetebat. Quam igit-
tur substantiam iudicas Dominum exu-
tis calceis accumbentem demonstrasse,
ac dicentē: Desiderauit hoc pascha manLuc. 22.
ducare vobiscū antequam patiar, quia
illud nō manducabo donec impleatur?
Agnī, inquis, Iudæorum. At is ante no-
tem, & antequam lauandis Apostolo-
rum pēdibus Dominus incumberet, à
cœnāque surgeret, fuerat stādo, teste Be-
za, manducatus. Non eius ergo, qui iam
consumptus erat, manducandi deside-
rium præ se ferebat Dominus. Hunc ip-
sum, inquis, ostendebat, sed memoria
tenus, & quanto eius tunc comedendi
desiderio flagrasset, exprimebat. At a-
pertè hoc inficiabatur Christus: ne-
gabat enim fuisse manducatum, affir-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
mando, non māducatum iri donec im-
pleretur. Dico, inquit, quia non mandu-
cabo illud donec impleatur. Ergo non
manducatum, aliquando manducandū
significabat.

Fuisse non ignoramus qui putauerint
hoc loco, dictionem, donec, ita sumi nō
debere, vt necessariam quādam innuat
post paschatis implementum mandu-
cationem: sed eam nos ad tempus im-
plemento antecedens cōtrahere, vt in-
telligamus nobis ostendi ab eo tempo-
re usque ad paschatis implementum.
Christum non amplius Iudaicum pa-
scha fuisse manducaturum: eūmque hu-
ius orationis fuisse sensum, acī dixi-
set: Desiderauī hoc pascha vobiscum
manducare, quia hoc nūquam amplius
manducabo, etiam si in regno Dei im-
pleatur. Huic locutioni similem afferit
ex Euangelista dicente: Non cognouit
enim virum, donec peperit filium eius
Vnigenitum: non quod Virgo docear-
tur post partum, virum cognouisse, sed
solum antē non cognouisse, & absque
viri seminē **Vnigeniti** fuisse cōceptio-
nem. Sic ergo quum dictum est: Non
māducabo posthac, donec impleatur.
non

Luc. 22.

Matth. 1.

non affirmari post implemētū vllā mā-
dicationem extitisse sed potius negari.
Hoc ergo paradoxum nobis excutien-
dum est.

Quum Virgo ante partum negatur vi-
rum cognouisse, non negatur sed affir-
matur peperisse. Sic quū Christus do-
cebat se pascha non esse manducaturū
ante paschatis implementum, huius fu-
turum implementum non inficiabatur,
sed asserebat. Videatur ergo quid imple-
re significet, quando & à quo impleri o-
portuerit. Mea quidem sentētia Pascha
tis implemētum ad Christum respicie-
bat, & implere pascha nihil aliud ani-
mis nostris suggerebat, quām agnū Dei
à Mosaico figuratum, in veritate macta-
ri & comedī à Christo cum suis familia-
ribus, debuisse, vt erat ad Deum patrem
ex hoc mundo transiturus. Hoc si mihi
donetur, videatur quando, & quomodo
Christus cam legem implere debue-
rit: an prius quām ab ipso scripturæ cō-
summatio facta sit: an post suum transi-
tum, quum fuit à lege solutus & glorifi-
catus. Qui implementum ante mortem
fuisse necessarium iudicat, num ergo
fateatur Christū in veritate pascha Dei

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
fecisse, comedisse ac comedendum de-
disse cum azymis synceritatis & verita-
tis, antè quām pateretur? Nam qui agni
veri mactationem seorsum à Dei fami-
lia domoque admittit, vt nō alibi quām
in cruce agnum hunc mactatum fuisse
arbitretur, sed mactati paschatis esum,
mactationi successisse inficiatur: omni-
no negat legis implementū, & Christū
mendacij suspectum habet, dicentem:

Luc. 24.

Oportuisse impleri quæ de ipso scripta
sunt in lege, Psalmis & Prophetis. Hunc
ergo oportuit & in veritate se immola-
re in sua familia, ac edendum distribue-
re antè quām pateretur: & ita huius fer-
monē interpretari, vt eo probetur à se
impletū pascha Iudaicū cū suis come-
disse, prius quā fuissest à legis implemen-
to iustificatus, vt desiderio potiretur.

Fuerunt & alij quibus à nobis impu-
gnata sententia non satis arriserit, qui
tamen putare non destiterint Christum
de Iudaico paschate intellexisse, dicen-
tem: Desiderauit hoc pascha vobiscum
manducare, antè quām patiar. Quam-
obrem, ad hanc vocem (pascha) poste-
rum, addendum esse duxerunt: quasi
Christus dixisset: Desiderauit hoc po-

tremum pascha vobiscum manducare: ut ostenderet quanto desiderio tenebatur implendi veteris paschatis & veteris testamēti finiēdi: sed huc illis^{bij} incidēdū est, vt fateātur Christū seipsum sacrificatum cū suis comedisse, antè quām patetur, legēmq; penitus impleuisse. Si em̄ legis implemētum à Christo factum in diebus carnis, antè quām esset à lege solutus approbent, & impletū pascha, Iudaicum significare, esseque Christi corpus immolatum fateātur, veluti qui panem transubstantiatum memorat aut ostēdit, non panem sed Christi corpus ostendit: necesse est vt concedat Christum, corpus suum in veritate immolatum, cum suis comedisse, antè quām patetur, & suum corpus demonstrasse, dicentem: Desiderauī hoc pascha vobiscum manducare, prius quām patiar, quia hoc non manducabō priusquām impleatur à me in regno Dci.

Calvinus videtur hīc rationum suarū naufragiū fecisse. Is quoniā ferendus esse non sibi videbatur, dicens Christū, pascha Iudaicum post resurrectionem (in quod tempus paschatis implemētum reiicitis) ab ipsomet Christo man-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
ducandum, dixit hunc de cibis commu-
nibus intellectissime dicentē: Non mādu-
cabo inquit Caluinus, scilicet cibos cō-
munes. Sed ab obscuro periculo sibi
prospiciens , in patens & apertum se
concitat: falsi enim se alligat, vocem (il-
lud) quæ totius quæstionis clavis est, e-
radendo aut omittendo . Christus e-
nim non dixit: Non manducabo donec
impleatur: sed pascha, cuius edendi de-
siderio affectus sum, nō manducabo do-
nec impleatur. Ergo pronomē (illud)
nō debuit Caluinus fallendi studio pre-
terire, vt propositum obtineret. Quum
ita habeat, quero ex te, quò putas (illud)
relatiuum referri? Si ad demonstratam
substantiam, & hæc sit agni Iudaici, in-
uito Caluino tibi fatendum est Chri-
stum, post resurrectionem, cùm imple-
tum fuissc pascha Domini dicitis , hoc
impletum vel Iudaicum non impletum
rursus comedisse. Vobis verò non nihil
indulgédum esse putauimus : ita tamen
vt exponatis quid causæ esse credatis,
quamobrem, in tam ardens desiderium
veheretur Dominus, qui toties ante Iu-
daicum pascha comedera, quique a-
pud Esaiam dixerat: Dies festos vestros

odit anima mea? An appetitu ita feruēti *Ezai. I.*

hoc à Domino fuisse concupitum prædicabitis, quod odio summo prosequebatur? An igitur id faciebat, quod veruecinæ carnis cupiditate, relinquens mundum, captus esset? hanc, quam ipse rationem attulit, in animum tuum potius subducito: Desideraui pascha hoc *Luc. 22* comedere, antè quam patiar, quia non manducabo illud donec impleatur in regno Dei. Ergo, quoniam demonstratum à se pascha non erat manducaturus, quo usque impletetur in regno Dei, tam vehementer desiderauerat illud impletum cum suis manducare prius quam pateretur: ut nisi implendum fuisset in regno Dei, prius quam pateretur, illud cum suis manducare non cōcupiuisset. At impleri pascha in regno Dei non potuisset, nisi & iam regnū extitisset. Spectandum est ergo quid fuerit, implere pascha, & quando regnū venisse dici debat. Mea sententia est, ut implere nihil aliud esset, quam in veritate immolare comedereque pascha, quod à Mosaico figuratum fuerat: ut necessariò dicendū sit, impleri paschatis manducandi desiderium, ad Christum, id est, pascha no-

DE PASCHATIS IM P L E M E N T O
strū, pertinere. Fac autē nō impletū ful-
se in cœna Apostolorum, id est, regno
Dei, sed in cruce: nōnne docebis Chri-
stum desiderio antequām pateretur, mā-
ducandi minimè potitum esse?

Huc præterea videntur verba Domini
spectasse, vt ab esu paschatis impleti cer-
tiores fierent Apostoli, horam instare
aduentus regni Dei, tūmque impletum
fuisse tempus aduētus eius regni, quum
fui paschatis sub mysterio à se immola-
ti, participationem dedit: ea enim par-
ticipatione è tenebrarū potestate mor-
tisque regno, in vitæ Deique regnum
traduci ac transire, corporis & sangu-
nis Christi participes in confessio est
cōq; signo ipsius regij corporis partici-
pes, cognouerunt, umbras veteris testa-
menti iam euanuisse, & impletas esse,
per quarum effluvium regni Dei in ve-
ritate disposito cum ipso implemēto
concurrebat.

Eam ergo orationem Dominus ha-
buit, vt ab esu figuræ, ad veritatis esum
figuratæ, suorum animos conuerteret,
ac doceret in veri paschatis participa-
tione, regnum Dei in veritate confiste-
re, & citra paschatis testamentique ve-

ADVERSVS CALVINOLо. 60
teris implementum , re vera regnum
illud veritatis,nouique testamenti,con-
stitui nō potuisse:quauis in spiritu vñ
brāque iamiam fuisset agnitiū:sed mor-
tis regnum in suo robore perseuerasse:
finis enim regni mortis , est regni vitæ
principium.

A NOVI TESTAMEN-
TI CELEBRATIONE, LE-
gis & figurarum implemen-
tum approbari.



T ut hunc nodum resoluam-
mus, quæram ex te, quando
nouum testamentum factū
fuisse existimes?num in cœ-
na, vtī Paulus attestatur, dicēs: Hoc po- I. Cor. 11.
culum nouū testamentū est in meo san-
guine, qui effunditur in remissionē pec-
catorum? Si in cœna factū & obsigna-
tum poculi sanguine non inficiaris,nō
ne etiam fateberis vetus testamentum
iam senuisse & exoleuisse , quum fuit
nouum institutū? Nam, teste Paulo, di-
cendo nouū,vetus senuisse & int̄roiuisse
significatur. Quòd si int̄roiuuerat,dic an-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
int̄rōire antē potuerit, quām legis &
eiudem testamenti sacrificia Christus
correxisset ac impleuisset, id est, in veri-
tate pascha fecisset, quod illis sacrificiis
& figuris fuerat adumbratum? Nam im-
Iuc. 24. pleri oportuit quæ de Christo scripta
sunt, in lege, Psalmis, & Prophetis. Si ita
habere responderis, cum animo tuo re-
puta, nōnne quum venit hōra, vt Christus
ad Patrem ex hoc mundo transiret,
se in transitus hostiam obtulerit, & im-
molauerit Deo patri: modo sibi cogni-
to, non secus ac Moses agnum in phale
fecerat, vt erat ex Ægypto in promis-
sam terram trāsitus? Quid agni Iudai-
ci in animos patrum insinuabat immo-
latio? Nōnne hāc fateberis Iesum Chri-
stum respexisse? Si ergo suo tēpore eam
figuram impleuerit Christus, quare non
hunc fateberis se in veritate, id est, in se
ipso pascha fecisse, ac immolasse, ad Pa-
trem transiturum, & comedendum de-
disse, vt sui transitus suos in sua carne fa-
ceret participes? Hoc si nō fecerit, quo-
modo probabis hunc vt filium Dei eam
figuram in sua domo impleuisse, legem-
que tuūc transtulisse, atque correxisse?
Nam legem qui corrigit, implet quod

In cruce, inquis, immolatus est, id est, pascha fecit & se ante immolationem dedit spiritualiter comedendum, ut eesus hostiae per anticipationem, mactationi præcesserit.

Hoc autem non est figuram impleuisse. Nam alieno loco, tempore, ordiné que præpostero rem gessisse, nullam habuit implementi rationem: oportuit enim implementum figuræ suæ responderet. Præterea Christum oportebat (vt patrem familiæ in sua domo) suam victimam immolare. At is si suam victimā in cruce mactauit, hanc in sua domo nō mactauit, sed ipse seorsum à sua domo, familiāque mactatus est contra verbum ipsius: Apud te facio, id est, macto & sacrifico, pascha meum cum meis discipulis. Aliam enim significationem faciendo verbum hoc loco non recipit ex Vánij vestri sententia.

Præterea, posteaquam fuit in alienam potestatem redactus, non potuit legem corrigere, id est, implere, sed nec eam obseruare, quod ad alienum arbitrium esset illi faciendum.

Oppones Christum non dixisse: Apud

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
te facio meū pascha, sed pascha, & de
daico intellexisse. Me verò ab hoc tu

Lib. 2. ad - Lib. 2. ad - Lib. 2. ad -
versus *versus* *versus*
Marc. *Marc.* *Marc.*
telo protegit Tertulianus, docēs Chri
stū, nō ad Iudaicū pascha respexisse, nō
Deus alienum concupiuisse videri po
sit, sed ad suum ipsius. Præterea, ostend
imus sine Christi Dei iniuria dici non
posse, hunc, brutis Deo litare voluisse.
Mihi regeres verbum, facio, hoc loco
non ad sacrificiū, sed ad eius esum spe
ctare: quasi Christus dicere voluerit,
pud te comedo pascha tuum, vel Iuda
cum, cum meis discipulis. Veruntamen
omnibus scripturæ locis inuenies hoc
verbum, non ad mādicationem, sed ad
sacrificium pertinere. Quod facilimè
verbis Mosis assequi potes, dicētis: Filii
Israël phasē facient in tēpore suo, quar
ta decima die mensis huius, inter duas
vesperas. Temporis interuallum quod
inter duas vesperas intercedit, non erat
agni manducationi necessariò destina
tum, sed consecrationi & mactationi.
Nam & si deberet inter duas vesperas
immolari, poterat tamen & post secun
dam vesperā, id est, post Solis occasum,
initio solēnitatis azymorū manducari,
tantū ut ex eo nihil remaneret usque ma
ne. Edent, inquit, nocte illa carnes affas

Exo. 12.

ADVERVS CALVINOLO. 62
igni & azymos panes. Non ergo inter duas vespertas fieri pascha, ad manductionem, sed ad mactationem restringi debet. Denique fieri phase, & manducari, diuersam habere significationem verbis expressis Moses adnotauit, dicens: Filij Israël facient phase ad vesperam: & cum lactucis agrestibus comedēt illud. Aliud ergo facere, aliud comedere.

Concludam ergo dicendo, necessariò pascha legis immolari oportuisse decima quarta die primi mensis, inter duas vespertas, sed nocte decimi quinti diei, vbi azymorum venisset solemnitas hoc immolatum manducari debuisse cū azymis, & lactucis agrestibus. Ideoque paschatis & azymorum vnam fuisse festiuitatem, eāmque ab occasu Solis decimi quarti diei incepisse, quū domi occluso se ostio Israëlitæ continebant, post illitos domus suæ postes ac super liminaria hostiæ paschatis sanguine, ne à vastante spiritu, cum primogenitis Ægyptiorū Hebræi conficerentur. Nec obstatre hunc Lucæ locum: Venit dies azymorum in qua necesse erat immolari pascha. Cuius paschatis nōmē, ad pascha Iudaicum falsò referunt Caluiniē-

Luc. 22.

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
ses. Si errat etiam quū ad opinionis suā
Marc. 14. confirmationem authoritate Marci cō-
nituntur, ita dicētis: Primo die azymo-
rum, quando pascha sacrificabant, di-
cunt ei discipuli: Quō vis eamus ut pa-
remus tibi manducare pascha? arbitra-
tes azymorum solēnitatem non cœpili-
se decima quinta die, sed decima qua-
ta. Vnde contendunt eam azymorum
solemnitatem inter duas vesperas deci-
mæ quartæ diei initium habuisse, quum
agnus Iudaicus suo tempore sacrifici-
batur: mēque docent errore magno ad
eam, quam propugnamus, opinionem
labi, atque quocumque loco Euangeli-
stæ, paschatis ab Apostolis parandi mē-
tionem habent ad Iudaicum, mentis
aciem impellere oportere.

Exo. 12. Eis autem Mosis hac de re testimonii
opposuimus, edicentis: Diebus septem
azyma edi oportere ab occasu, puta So-
lis decimi quarti diei, usque ad vicesimam
primam eius diem mēsis ad vespe-
ram: quo edicto decimum quartum diē
excludit. Si enim eum diem inclu-
deret septem azymorum dies non in-
vicesimæ primæ Vesperam extrahe-
rentur, sed in vigesima desinerent. Pra-

terea ipsa die azymorum eductum Hebræorū exercitū fuisse idem Moses probat: quod testimonij loco sumi potest, ab azymorū solēnitate decimū quartū diem excipi. Nā palā est, decima quarta die exercitū eductum non fuisse, quamuis ea die agnum in pascha sacrificatum perspectum sit: & in sequente *Ibidem.* nocte ex Mosis præscripto manducatū esse. Immolabit, inquit, eū vniuersa multitudo filiorum Israël ad vesperā, & sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumque postem & in superliminari bus domorum in quibus comedent illum: & edēt carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Præterea, Obseruabitis, inquit, azyma: in eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de Ægypto, & custodietis diem istum in generationes vestras, ritu perpetuo. Primo mense quarta decima die mensis sub vesperum, comedetis azyma usque ad diem vicesimam primam eiusdem mēsis ad vesperam: Item: Primo mense, decima quarta mensis die ad vesperā; phase domini est: Et decima quinta die mensis huius *Luc. 22.* solemnitas azymorum est: Quum igi-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
tur dixit Lucas, venisse diem azymorum
in qua necesse erat immolari pascha: pa-
lam est hunc non ad Iudaicum respexil-
se, sed ad nostrum, quod est corpus Do-
mini. Si enim ad Iudaicum pascha ani-
mum intendamus, inueniemus dictum,
non oportuisse azymorum die, pascha
sacrificari necessariò debuisse, sed pri-
die azymorum, demonstratum est in
quem sensum Marci locum à nobis
citatum capi debere, testis est cum
Chrysostomo Theophilactus: primum
azymorum diem, pro pridie azymorum
interpretantes: ac si dictum esset, prima
die ante azyma, quando pascha sacrifi-
cabat, & sic de Iudaico sacrificio intel-
ligendum esse. In quem quoque sensum
hunc alterum Marci locum accipiendū
esse: Erat autem pascha & azyma post
Marc. 14. biduum: ut de nostro & non de Iudaico
dictum esse iudicemus, quum Iudaicum
non post, sed intra biduum futurum es-
set. Feria enim quarta, id est, pridie in-
molationis agni Iudaici, hæc à Domi-
no enuntiata fuisse totius Ecclesiæ sen-
tentia est.

Ab hoc autem proposito, ad tuam an-
ticipationem auertamur: Christus tuo

ADVERSUS CALVINOLΟ. 64
iudicio sacrificij sui mandationē anticipauit, vt futuræ in familia mandationis figuram veterem impleret. Quid verò hac in re profuit figuræ & legis implementum, vt hoc in aliis rebus legis ipsius corruptio sequeretur? Sanè non magis verè comedendum pascha in Dei domo, quam mactandum significabat agni Iudaici eſus mactatio.

Quare ex te, vnde pederet ea in re testamenti veteris correctio ac implementum? An pendebat à sola mandatione potuque, an & immolationis cum mandatione, ad illius implementum, concursus erat necessarius, vt nisi perfecta fuerit hostiæ mactatio, in domo patris familiæ, fieri minimè potuerit legis testamentique veteris translatio & implementum?

Si mactationi suam quoque implementi necessitatem ascriperis, & dixeris ex veri paschatis immolatione, de legis & testamenti perfecto implemento decerni oportere, vt quousque legalis mactationis impleta sit figura, dici non possit impletum fuisse testamentū: sic tamen vt & mysticam mortem infi-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
cieris. Dicam ea ratione vsque ad cru-
cis supplicium vetus testamentum vi-
guisse, & nullam fuisse noui testamen-
tis mensam, nullumue noui testamenti sa-
crumentum: esse enim non potuit noui
testamenti sacramentū, ante testamen-
tum noui confectionem.

Quod si nullum ante crucis supplicio
nouum fuisse testamentum dixeris, fal-
so docuit Paulus hoc, fuisse morte con-
firmatum. Nam quod non erat, confi-
mari non poterat. Præterea, falsum est
sapientiam, tunc in sua domo suas victi-
mas immolasse, quā mēsam suam par-
uit: Paravit enim mensam vestro iudici-
cio, & victimas comedendas dedit, an-
te victimarum immolationem. Deni-
que falsum esset legis, sacerdotij regni-
que mortis, à Christo factam fuisse tra-
lationem in sacerdotium, regnumque
pacis secundū ordinem Melchisedech,
quando tabernaculi veri, quod fixit
Deus & non homo, ministerium sorti-
tus est, id est, cùm Apostolos abluit: &
deinde æterni sacrificij cibo eos replie-
uit in remissionem peccatorum, & vita
æternam, eisque benedixit'. Tunc enim
fuit factus pontifex secūdum ordinem
Melchisedech:

Melchisedech : non enim ut priuatus, sed ut pontifex se ad tantum mysterium contulit: nec ullum visum est in cruce pontificiae functionis indicium, in similitudinem Melchisedech, unde iudicio consequamur, in cruce factam fuisse sacerdotij, regnique legis translationem.

Si in his que diximus offenderis, dic an lauacrum Apostolorum, & vitæ cibus potusque in remissionem peccatorum eis impertitus, inter carnis legisque iusticias, usq; ad correctionis tempus impositas, recenserri debeant? Dic etiam an ea beneficia, easque iusticias à functione pontificia recognoscas, in earū vicem quas lex adumbrauerat? Si recognoscis, ut quæ pontificis Christi intercessionem necessariò requirant, dic an ad legem mandati carnalis pertinere tibi videantur, an ad virtutem vitæ insolubilis? His enim notis, legis sacerdotium, à noui testamenti sacerdotio distinguunt Apostolus. Si noui testamenti sacerdotium tibi redolent, & insolubilis vitæ virtutem, iamiam factam fuisse legis & sacerdotij translationem, noui que testamentum extitisse ut assentiare necesse est. Christus enim noui testamē

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
ti gratia suos nō affecisset, ante tēp' no-
ui testamēti. Quòd si nouum testamētū
agnoscis, quare ad figurātiū sacrificiorū
implementum caligare te simulas, vt pa-
schatis, hostiæque pro peccato macta-
tionem, mysticam inficieris?

Dic tandem, num legis correctionem
adscribis nouo testamento? num etiam
legis ac sacerdotij translationem cum
legis correctione coniungis, vt pariter
cum legis correctione, sacerdotij legi-
que translationem conuenisse fateare
ad testamenti noui constitutionem? Si
ergo lauacrum Apostolorum, patrum
lauacro, ad legis correctionem succe-
sse nō negaueris, idque necessariò suc-
cessisse, vt fieret legis trāslatio ac imple-
mētum, & ablutionis ex veteri lege cor-
rectio: quare non fateberis munerum
& hostiarum vmbrialium factam quo-
que correctionem, in legis correcciō-
ne, & sacerdotij translatione, ad ip-
sius legis implementum, & noui testa-
menti dedicationem? Christus tuo iu-
dicio pro lauacro vmbroso & imper-
fecto, lauacrum verum & perfectum
in legis & sacerdotij trāslatione & cor-
rectione substituit: quare non etiam sa-
crificium verum, pro sacrificio figurant-

Crucis, inquis, supplicio, & nō mensæ
Domini mysterio, legis & sacrificiorum
implementum tribuimus, quoniā Chri-
stus in cœna, morte mortuus fuisse dici
non potest: ideoq; nec legē impleuisse.

Erratis: hunc enim morte mortuum
fuisse docet scriptura, séque ipsum dan-
do Patri in Ecclesia prius occidisse, quā
mortem necessariam oppeteret: non se-
cū ac Adam illius forma & exemplar,
sese in paradiſo occiderat, serpenti fa-
ctus obediens, in fructus vetiti mandu-
catione, teste scriptura dicente: In qua- *Gene. 2.*
cunque die de hoc fructu comederis,
morte morieris. non quòd è vita tunc
excesserit, sed quoniam ex immortalis se-
mortalem fecerat, & è sua potestate, te-
nebrarum potestati mancipauerat, ne-
cessariò tandem ad alienum arbitrium
moriturus. Sic Christus, qui, quoniam
peccatum non fecerat, erat immortalis,
nullaque naturali necessitate morti erat
obnoxius: quia tamen Patri factus obe-
diens, imaginis suę conditionem subire
culpámque præstare voluit, vt pro ipsa
tādem ad alienū arbitriū pateretur: sese
occidisse ac morte mortuus fuisse dici-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
tur, factus sui pontifex & hostia, quum
se ad mortem crucis consecravit, dicēs:
Matth. 26. Hoc est corpus meum quod pro vobis
Marc. 14. datur. Et ita propria voluntate abdicar-
Luc. 22. ta, in tenebrarum potestatem se rededit,
Luc. 22. uti scriptum: Hæc hora est vestra, & po-
testas tenebrarum: ad huius arbitrium
necessaria coactaque morte maestadus:
nisi enim per sui corporis oblationem,
suam voluntatem ac potestatem abie-
cisset, nec Iudæ ad eum prodendum &
tradendum, nec tenebris in ipsum erat
ulla potestas: venerat enim princeps hu-
ius mundi, & in eo nihil inuenerat. Sic
morte duplici Christum mortuum esse
patres tradiderunt: voluntaria, quæ vo-
luntariæ Adami morti respondit, quam
culpæ & delicti mortem nominauerūt:
& necessaria, quæ culpam sequuta est,
quæ pœnae ac vindictæ nomen habuit.
Quæ quidem mortes non uno tempo-
ris momento, sed spatio interiecto illa-
tæ sunt. Errant ergo qui Christum uni-
cam mortem obiuisse existimantes,
huius mortes & harum effectus con-
fundunt, ipsam coactam ac necessa-
riam doni voluntariæque mortis nomi-
ne diffinientes: ac sanctificationis & iu-

Ioan. 14.

stitione, fructum voluntariæ huius morti, per corporis eius oblationem dengantes, contra Paulum dicentem: In *Hebr. 10.* qua voluntate sanctificati sumus per corporis eius oblationem. Et: Sicut per *Rom. 5.* inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita per vnius obedientiam, iustos fuisse multos constitutos. Quia in re vim non minorem ad nostram iustitiam & sanctificationem morti Christi voluntariæ donoque, Paulus attribuit, quam ad nostram corruptionem Adami delicto & inobedientiae tribui debeat. Si enim vnius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi, in plures abundauit. Donū verò esse Christi sacrificium voluntarium, quo se Patri sacrificauit, dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis datur: nō eis obscurum est, qui suis somniis non indulges ab Ecclesia non defecerunt. In hanc sententiam Patres docuerunt sacrificio Christi voluntario, id est, dono pro peccato ac sanguinis poculo, coniuas sanctificari, ac sanctificatos in cœna fuisse: pœnè verò ac necessario sacrificio mortem nostram in

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
Christi morte imperfectam, deletumque
chyrographum, quod erat nobis con-
trariū, ac potestates & principatus sub-
actos, mortisque regnum destructum.
Vnde nobis traditum est, sanguinis po-
culo corporisque Christi participatio-
ne, nos ē tenebrarum erui potestate, ac
in Dei regnum transferri. Sicut enim
fructus maledictionis manducione,
Adam, & qui in ipso peccauerunt, ē re-
gno Dei & vitæ, in diaboli mortisque
regnum præcipitati sunt, & corum bene-
dictio in maledictionem mutata est: sic
fructus benedictionis & vitæ manduca-
tione, ē mortis regno in vitæ regnum
traducimur: fitque maledictionis in be-
nedictionem conuersio & immutatio.
Præterea, quemadmodum sub aliena
id est, boni fructus effigie, mortis latebat
substantia: sic sub aliena effigie, puta fru-
ctus terræ in opere hominis corruptæ
vitæ ac benedictionis latere substantiæ
debuisse, ut antithesi relinquetur lo-
cus.

Hoc vno præcipue argumento con-
tendit Caluinologia, Missam nostram,
& corporis ac sanguinis eucharistiam,
donumque Christi voluntarium non

esse sacrificium propitiatorium, quod in lege nullum factum sit; absque sanguinis effusione, hostieque maceratione pro peccato sacrificium: nullam enim absque sanguinis effusione esse potuisse remissionem. Quam obiectione hoc responso declinabimus: Quod Adam morte culpæ occubuit, absque sanguinis effusione, quum se se diabolo consecratus, sui factus pontifex & hostia, à seipso animam suam posuit, per suam inobedientiam. Nihilominus tamen in ipso, re vera omnes homines interierunt, morteq; mortui sunt. Sic ergo Christus, qui per corporis sui oblationem donumque, animam suam posuit, ut in ipso apud Deum iusti constitueremur, non eguit violenta sanguinis effusione. Nam multò magis ipsius donum, ad nostram sanctificationem prodesse potuit, quam delictū, ad nostrum exitium.

Cæterū, quantū ad sanguinis effusione attinet, que ad inquinatorum sanctificationem siebat in lege, in figuram nostræ per sanguinis effusionem sanctificationis, in noui testamenti dedicacione. Dicā sanguinis verbo Dei facti poculum, ad conscientiarum nostrarum

DE PASCHATIS IMPLEMENTO.
emundationem, id præstitisse, quod in
lege sanguinis aspersio significauerit. In
quam sententiam obseruandum est, ve
narum incisione & mactatione, eam
qua^m siebat sanguinis effusionem, in
quinatos ad emundationem carnis
non sanctificasse, sed ipsius aspersio
nem, post quam à pontifice in San
cta fuerit illatus & oblatus pro pecca
to, qui quidem alioqui ad sanctificatio
nem nullius usus erat. Non ergo scisci
tandum est, quomodo ex hostia nostra
pro peccato sanguis effluxerit, sed an
fuerit in poculo sanguis, quo facta fue
rit ad peccatorum expiationem asper
sio, in noui testamenti dedicatione, an
tè quam extra portam Christus hostia
pateretur, exemplo legis, qua siebat ho
stiæ pro peccato sanguinis aspersio, in
veteris testamenti dedicatione, ad car
nis sanctificationem, prius quam hircus
populi ferens iniurias, emitteretur,
& hostiarū corpora, quarum sanguis in
Sancta fuerat illatus, pro peccato, extra
castra cremarentur. Videndum etiam
est, an noui testamenti dedicatio, absq;
sanguinis aspersione fieri potuerit, si
Christus legem impleuisse dicatur.

Sanguinis effusionem apud Paulum,
pro aspersione sumi debere ex eius le- Heb. 9.
ctione iudicatur, ita dicentis : Accipiēs
sanguinem hircorum & vitulorum cum
aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum
quoque librum & omnem populum af-
persit, dicens : Hic sanguis testamenti,
quod mādauit ad vos Deus: etiā taber-
naculum & omnia vasa ministerij san-
guine similiter aspersit. Et omnia penè
sanguine mundantur & sine sanguinis
effusione non fit remissio. Quo loco san-
guinis effusio, post aspersione mentio-
nem, ad remissionem peccatorum, non
potest aliò quām ad aspersione referri.

Præterea, vt ad implementi proposi-
tum redeat oratio, dicā iustum pro ini-
quis deputari, eumq[ue] pro peccatori-
bus occidi, cum legis ac sacerdotij im-
plemento commune nihil habuit, sed
potius legi repugnabat, iustum pro iniu-
stis poenas luere. Bene fatebor præter
legis & sacerdotij implementū ac trāf-
lationēm, hoc adhuc implendum restas-
se, Cum inquis deputatus est, quemad-
modum in ecœna Christus ipse testatus
est. Non solūm enim impleri oportuit,
quæ in lege de Christo dicta sunt, sed &

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
quæ in Psalmis, & Prophetis. Verum tū
bi donemus, nullum ante mortem cru-
cis fuisse legis implementum. An ergo
& sacerdotij ac testamenti correctio-
nem, legisque translationem, ei suppli-
cio pariter attribues, ut afferendum pu-
tes, stante & vigente vetere testamento
ac sacerdotio, quia nondum adhuc trā-
lato, Christum Apostolorum ablution
operam impendisse, vitæ æternæ parti-
cipationem, sanguinisque communica-
tionem, in peccatorū remissionem fe-
cisse, eoque sanguine testamentum no-
num obsignasse, ac per cœlestiū asper-
sionem dedicasse, Mosis exemplo, quā
cœlestium exemplaria, ad veteris testa-
menti dedicationem hostiæ pro pecca-
to sanguine aspergebant? Si quim ha-
omnia facta sunt, nulla erat adhuc testa-
menti sacerdotiique translatio, sanè ve-
teris testamenti legem spirabant. Quā
obrem & imperfecta & obnoxia corre-
ctioni fuisse conuincuntur: Nihil enim
ad perfectum adducit lex. Sed si testa-
menti, ac sacerdotij translationem iam
ab eo tempore admiseris, sacrificiorum
& legis implemento fidē derogare non
poteris. Nam absque sacrificio pro pec-

ADVERSVS CALVINOLO. 70
cato, & sanguinis huius aspersione, fieri
non potuit testamenti correctio, aut sa-
cerdotij translatio.

Caluinus hac de re differens, quum
Paulo non posset obſtēre dicenti: Nul-
lam esse potuisse testamēti dedicationē
absque sacrificio, & sanguinis eius af-
persione: tamen ne de mystico Christi
sacrificio cum Ecclesia consentiret, ad
crucis sacrificium mentem dicebat in-
tendi oportere, & à coena ad crucē cœ-
lestes reiici conuiuas, vt fructum qui à
corporis participatione & sanguinis cō-
municatione speratur perciperet, adeò
vt potu sanguinis, peccata non remitti
apertè docuerit, quod omnes nostras
iusticias, & sanctificationes, à cruce de-
riuari cognitum sit.

Ateò vnde euasimus, hæc nos reuo-
luet opinio. Nam si ita habeat, legis te-
ſtamentique correctionem, & sacerdo-
tij translationem, ad crucem quoque
reiici oportere, & ante crucem nullum
secundum ordinem Melchisedech fuiſ-
ſe sacerdotium dicendū est, consequen-
ter Christum non vt pontificem, sed vt
priuatum noui testamenti dedicationi
& sanguinis ad peccatorum expiationē

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
asperzioni operam dedisse. Præterea nō
amplius emolumenti captum ex mensa
Domini cibo & potu, Apostolorumq;
ablutione, quām ex Mosis mēsa, & an-
tiquæ legis iustitiis, in cibis & potibus
variisque baptismatibus, vsque ad tem-
pus correctionis impositis: hæ enim o-
mnes Christi crucem Caluino teste, re-
spiciebant.

Sed ab insaniae suspicione liber esse
non posset, qui legis iusticias, cum eis
conferret, quibus suos in corporis & sui
sanguinis communicatione Dominus
affecit: Nihil enim ad perfectum addu-
xit lex, quamvis hæc scopum suum Do-
mini crucem faceret. Christus verò ni-
hil non perfectum egisse credendus est.
Quum ergo citra sacrificiorum imple-
mentum, legem & sacerdotium, mini-
mè trāsferri, & cœlestium sanctificatio-
nem perfici non potuisse docet Eccle-
sia, non ad crucem, sed ad hostiæ con-
secrationem, mysticumque mensa Do-
mini sacrificium, appelli animum no-
strum necesse est: cuius consecrationis
consummationem & finem, in cruce
cōstitui oportere credimus. Sicut enim
consecratio, oblatio & hostiæ sanctifi-

catio, nullius fuissent usus, nisi hos actus
 mors poenæ necessaria & cruenta sequu-
 ta esset: sic absque antecedente conse-
 cratione, oblatione, & sanctificatione,
 mors hostiæ coacta minimè profuisset.
 Vtrumque ergo ad nostræ salutis dispé-
 sationem præstari oportuit, & inter se
 contingere, quasi principiū & finē: con-
 secrationis oblationē, puta ad iustitia-
 rum legis implementū, & Ecclesiæ san-
 ctificationem: supplicium verò ad earū
 rerum consummationem, & præstandā
 poenam peccatis nostris debitam: nihil
 enim nobis profuisset corporis & san-
 guinis cōmunicatio, nisi hoc decretū,
 Morte morieris, quod erat aduersum Genes. 2.
 nos, morte iusti deletū fuisset, affixum-
 que cruci: vt intercedente morte in re-
 demptionem, qui testamento hæredes
 fuerant instituti, & vocati, hæreditatis
 æternæ promissionem acciperent.

Afferam patrum Ecclesiasticorum te-
 stimonium aduersus tuam opinionem,
 si æquo animo id excepérис. Chrysosto-
 m° hac de causa, inquit, Desiderauit hoc
 pascha comedere vobiscum antè quam
 patiar, hoc est, dare vobis res nouas, &
 pascha dare, quo vos spirituales faciam.

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
Origenes hoc loco, Proximum erat pascha Iudæorum: Non idem, inquit, Iudæorum, & Domini pascha iudicadum est. In Esaia autem non suas, sed peccatorum ait esse calendas, & sabbata, ieiuniumque ac requiem, atque dies festos, perspicuum est etiam pascha, est enim dierum festorum unus. Et alio loco: Quid putatis quia nō venit ad diem festum? Sed non ibi, vbi isti stabāt, diem festum agebat Dominus, sed in magno tēplo, ac necessario, quod caro factum est, in quo desiderauit manducare pascha cum discipulis. Si in carne sua, magno & ornato cœnaculo comedit pascha cum suis discipulis, hoc fecit post esum Iudaici paschatis. Ergo ad verum, & intelligibile pascha respiciendum est. Ysichius hunc locum explanans, Siue bos siue illa ouis, nō mactabuntur cum foetibus suis. Non ergo, inquit, oportere nos habentes in manibus & consummâtes verum mysterium, sequi figuram, quæ prædicta sunt, demonstrant: neque enim est eiusdem tēporis: sed aliud spectare ad veritatem, aliud ad figuram, qui vtraq; fanciuit, præcepit. Propter quod Christus, primum celebravit figurans

Esaia. I.

Ioan. II.

pascha: post cœnam autem, proprium tradidit pascha, & angustate tempore pro die horam immutauit, vel magis etiam diem. Sic enim vespere decimæ quartæ diei, cœna Iudaici paschatis celebratur, post hoc autem, intelligibile tradit pascha: post vesperam autem decimæ quartæ diei tradidit. Quod autem post vesperum est tempus, alterius diei omnimodo initium est: oportebat enim hoc fieri ad ostensionem temporis, quia quando vetus finem sumit, tunc nouum incipit. Nō dilucidius quidē paschatis Iudæorū immolatio, à nostro paschate distingui potuit, quam hoc testimonio distinguitur. Christus, inquit, post cœnā Iudaicam, proprium pascha suis Apostolis comedēdum tradidit: corpus ergo iam immolatum tradidit, corpus enim effici pascha nō potuit ante consecrationē & immolationē. Nā ex agno hostiā faciebat oblatio. Itē 23. post vesperā, pascha propriū, præueniens crucē suā, Christus celebrauit. Nā post cœnā imaginariæ festiuitatis paschatis, quæ erat quarta decima die, supersensibile verum pascha discipulis tradidit: sese ergo iam in semetipso, id est, in veritate

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
tradidit. Præterea, cap.8. quia prius fe-
gurantem ouem cœnans Dominus co-
medit. Deinde sicut ouem semetipsum
occidit, & suum obtulit sacrificium. Itē
cap.16. ipse propriam carnem immola-
uit, ipse sui sacrificij Sion pontifex fa-
ctus est, quando sanguinis sui noui te-
stamenti dabat calicem.

A POCVLIS DOMINI,
regni aduentum & paschatis
implementum probari

Inc. 22.

AT frustra patientiam tuam
hoc testiū labore tentamus.
Nam è verbis Domini se-
quētibus, emicat nostræ sen-
tentiae cōfirmatio. Ego, inquit suis eius
corpore & sanguine refectis, Dispono
vobis regnum, sicut disposuit mihi Pa-
ter meus, vt edatis & bibatis, super mē-
sam meam, in regno meo. Cum animo
tuo cogita, hic se nobis considerandum
insinuare, quid sit regnum mensa que
Dei, vt discamus quibus cibis, & quan-
do, ad mensam Dei eius in regno, vesci
cœpit Ecclesia. Hoc Lucas ex poculis
mensæ Domini manifestum facit. Te-
statur

statur enim Christum bis sumpsisse poculum, discipulisque bis porrexisse, & regnum in umbra & spiritu cognitum, iam in veritate venisse, quando posterioris eis poculum propinavit, ut eos novi testamenti sanguine, in remissionem peccatorum aspergeret, post regij corporis, & tique paschatis participationē.

Hæc Lucæ verba sunt: Et accepto calice gratias egit & dixit, Diuidite inter vos: dico enim vobis, quod non bibam de genimine vitis, quo usque regnum Dei venerit. Et accepto pane gratias egit & fregit, deditque eis, dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis datur. Similiter & calicem postquam cœnatū est, dicens: Hoc poculum nouum testamen tum est in meo sanguine.

Tu audis poculum bis sumptum & distributum fuisse, semel ante aduentum regni & ante corporis participationem. Nam si regnum iam venerat, cum hanc orationem habuit Dominus non dixisset: Non bibam quo usque regnum venerit: ut repetitum poculum, hoc venisse frustra signo esset & testimonio. Quū ergo inter duo pocula venisse regnum, à secundi poculi fide, signoque com-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
pertum habeamus, certò statuendum
est, in corporis regis participatione, re-
gnum Apostolis in veritate fuisse con-
stitutum, & re vera venisse. Hoc & pro-
I. Cor. 10. bat Paulus, dicens : Panis quem frangi-
mus nōne participatio est corporis do-
mini? Si enim in regij corporis partici-
pationem conuiue admittuntur, illis re-
gni, & Dominij participatio quoq; con-
ceditur. dominus enim esse non potest,
qui dominium non habebat, neque rex
sine regno esse potest. Pacis autem &
libertatis regnum in seruulis legis, & sa-
cerdotij translatione capeſſerat Domi-
nus, tabernaculi veri ministerium sorti-
tus, factusque pontifex in æternum se-
cundum ordinem Melchisedech. Ve-
runtamen Apostolos suos regni sui nō-
dum fecerat participes, sed adhuc ipsi
legis necessaria seruitute obruebantur,
quousque de regio corpore participa-
rent, vt eos à lege liberaret is, cui Pater
omnia dederat in manus, quum ad deū,
à quo exiuerat se recipiebat, ^{transiit} antequām
transiret, eos sui regni voluit afficere be-
neficio per sui corporis participationē.
Nam, vt diximus, participatione regij
corporis qui vnum cum rege participes

efficiuntur, consequenter in reges euadunt. Hoc vt conuiuæ facilius obtinerent, ablutos sua carne pauit & sanguine, & ita suam carnē cum eorum carne miscuit, vnāque massam fecit: vt veluti reges mundi, contracto matrimonio, & sanguinis communicatione, suas uxores regni, omniūmque quæ ad ipsos attinent, faciunt participes: sic Christus, vt quem ipsi honorem dederat Pater suis daret: & vt vbi esset, illi cum ipso esissent, suum corpus eis dare voluit participandum, & sanguinem potandum: vt ea carnis & sanguinis mixtura, cum ipso vnum effecti, os ex ossibus, caro ex carne, regni sui, omniūmque quæ ad ipsum pertinebant, fierent quoque participes, in eo regnare inciperent & viuire, ipsisque iam inde ab eo tempore regnum Dei vocarentur: quam participationem deinceps regni sui dispositiōnem Christus appellauit, vt super mensam eius ederent & biberent in Dei regia, regni participes & Dei conuiuæ.

His cognitis ad euellendam ex eorum animis opinionē, quam de vnico Christi poculo conceperunt, adiiciam hinc ostendi, duo & ea diuersa extitisse po-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
cula, quod poculum ante corporis con-
secrationem distributum, communica-
tionis aut sanguinis testamenti nomen
non habuit. Nam Dominus tūc eis ver-
bis non usus fuerat ad sanguinis conse-
crationē, quibus in posteriori usus fuī-
Matth. 26. se cognoscitur. Prius enim dixerat : Bi-
Marc. 14. bite ex hoc omnes : dico enim vobis
Luc. 22. quod non bibam de genimine vitis,
quousque regnum Dei venerit. Sed in
posteriori poculo dixit : hoc poculum
nouum est testamētum in meo sangu-
ine : ut non in vini poculo testamentum
suū ob-signasse dici posset, quanuis pau-
lò ante geniminis vitis nomine hoc san-
guinis poculum nominasset: quod ideo
eum fecisse iudicio consequor, ut Apo-
stoli intelligerēt sub quibus accidenti-
bus, testamenti suāque sanctificationis
sanguinem essent potaturi, atque ab hu-
ijs poculi temporisque finitione, de ad-
uentū regni fierent certiores. Et quoniā
audierant prioris poculi tempore, non-
dum venisse regnum Dei : sed vēturum
antè quām posterius poculum sumeret,
Dominus, nulla dubitatione crederēt,
in corporis participatione, quæ inter
duo pocula interiecta est, regni aduen-

At ne in hunc laqueum incidas, inficiaris Dominum cum Apostolis posteriorius poculum bibisse: prospicis enim si hoc fatearis coercerite, ut assentiaris dicenti: Venisse regnum Dei ante mortem Domini, & vna regni cum aduentu figuris ad sacrificiorum implementum, per proprij corporis immolationem Christum traxiisse. Hanc autem de secundo poculo dubitationem, tuus tibi Calvinus eximet. Is suo in Matthæum *Cap. 26.* commentario apertè testificatur Christum, vtrumque libasse poculum antequam Apostolis bibendum daret. Si ergo, ut iam diximus, secundum propinavit poculum, postquam dixerat: Non bibam posthac, donec regnum venerit, testimonij loco sumi debet, iam venisse regnum quum bibit, vel vanam fuisse aduentus regni prædictionem, ac temporis eius finitionem.

Quum igitur se Dominus in cœna sacrificauerit, & quod ipse fecit eius mandato faciunt sacerdotes, sacrificant, eo quo se Christus sacrificauit modo.

Ne de hoc Domini poculo orthodoxorum nobis deesse testimonium exi-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
stimes, lege Ysichium cap.8.in Leuit.
Christus bibens, inquit, & Apostolis bi-
bere dans, tunc intelligibilem sanguinē
super altare, videlicet suum corpus, effu-
dit. Corpus autem Christi ecclesia est,
& omnis plebs eius, quod specialiter

Marc. 14. Marcū dicētem inuenimus: Et sumpsit,
& gratias egit, & dedit eis, & biberunt
ex eo omnes.

Igitur qui post primum poculum bi-
bisse Dominum ante mortem fatebi-
tur, necesse est ut quoque fateatur re-
gnū, per corporis participationem, id
est, per paschatis implementum Iudaici
aduenisse: & cōsequēter Dominum ac-
cumbendo non pascha Iudaicum, sed
suum comedisse ante quām secūdō ca-
licē sumeret. Nisi enim Christus in sua
familia se in pascha immolauerit, & im-
molatum comedendū dederit, ut legis
figuram impleret, hanc inanem, reīque
nullius extitisse verisimile est, Deūmq;
frustrā eam faciendam Moī præscri-
psisse, vel Christū eum nō fuisse, quem
exemplar significabat: vel si is fuerit, nō
minus in legem cōmisisse, quām si de-
tractis calceis, & sedendo pascha Iudai-
cum comedisset.

Fieri potest vt authoritate Matthæi me oppugnes docentem: Regnum Dei ante prioris potum poculi, nō fuisse nobis constitutum, ac dispositum: sed tunc eum Dominus in pane consecratū corpus suum, & in vino sanguinem, manducādum & bibendum dedit Apostolis, vt eos sui illius sacrificij faceret participes. Matthæus autem videtur docuisse Dominum, non ante, sed post suī sanguinis poculum, regni, in quo bibiliturus erat, mentionem habuisse, dici vt non possit impletum pascha manducatum in regno Dei: hæc Matthæi. Verba sunt: *Matt 26.*
 Hic est sanguis meus, qui pro multis funditur: dico autem vobis, quod amplius non bibā de hoc genimine vitis, usque in eam diem, quā illud bibam nouum in regno Patris mei. Hic Matthæus ostendit apertissimè, post sanguinis potum, regni mentionem Christum fecisse. Contrà verò scribit Lucas, ante cibi participationem & consecrationem, illum dixisse: Non bibam de genimine vitis donec regnum Dei venerit: quasi à Matthæo dissentiat. *Luc. 22.*

Vt ergo intelligas, quæ res eam à me dubitationem expulerit, utriusque po-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
culi seriem tibi repetam. Horum alterum ut supra demonstrauimus, non transubstantiatum Iudæorum pascha proximè insequutum, participationi regij corporis antecessit, & posterius participationi regnique dispositioni succedit, sanguinis veritatem exibuit, signoque fuit & testimonio, tunc nulla dubitatione regnum venisse, propter hoc verbum: Non bibam quousque regnum Dei venerit. Eoque spectare mihi videtur Lucæ lectio. Sed ut Apostoli agnoscerent regnum quod veritatis dono ac mysterio fuerat eis dispositum, æternum fore æternamque sanguinis substatiām porrectum iri vini sub accidētibus, quæ genimen dici possunt, protestatus est esse cum ipsis deinceps eam potaturū, sed non antē quam hæc esset noua, id est, nouæ qualitatis: non ut ostenderet, eam fore ab ea diuersam, quam proximè potauerat: eandem enim esse re & numero, ut esse statuamus, vis pronominis, illud, exigit. Sed ut intelligeretur cuiusmodi futura esset, nouam se nobiscum perpetuò bibiturum pollicitus est, id est, ut diximus, gloria præditam. Nec docebat eo modo nobiscum se potatu-

ADVERVS CALVINOLO. 77
rum, quo testamentum instituens pota-
uerat, id est, personaliter, externo que
modo: sed eo modo quo se promisit no-
biscum cœnaturum, quum ei ostium a-
peruimus, cōque modo quo in nobis
manet, & in eo manemus, vt siue vigile-
mus, siue dormiamus, in ipso vigilemus
vnā cum eo facti caro, per sacramenti
sumptionem.

Lucas ergo aduentus regni fuit nun-
tius, & affirmauit iam tunc venisse re-
gnum, quum Dominus posterius sum-
psit poculum. Matthæus & Marcus, quid
in regno bibatur, qui que sunt qui bi-
bant, exposuerunt.

Aduentus regni cogito tempore, su-
pereft ut videamus, an veteris testamēti
& sacrificiorum implemētum, cum re-
gni dispositione, id est, cum regij corpo-
ris participatione concurrerit: vt tunc
se Christus ad veteris paschatis imple-
mentum iam immolasse dici debeat,
quum sui corporis dedit participatio-
nem. Certè hoc ei non erit intellectu
difficile, qui cum animo suo reputabit,
quid veteris testamenti ceremoniæ, &
sacrificiorum iustitiæ significabat. Hæ
autem, Caluino teste, ad Christum re-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
età dirigebant. Si ergo corporis parti-
cipatio ea bona nobis dedit, quæ sacri-
ficia & coactus legis cultus de Christo
promittebant, quis negabit ea in re iam
factam fuisse legis ac sacerdotij transla-
tionem, & correctionem, atque ad cor-
poris participationem factum à Chri-
sto fuisse, legis & sacrificiorum imple-
mentum? Quis autem nisi mēte captus,
cruci & non mensæ Domini, corporis
participationem ascribet? ut tunc demū
non factam fuisse legis & sacerdotij
translationem & correctionem persua-
deat, quum Christus pontifex æternus
æternitatis in sua carne fecit deditque
participationem? Qui ergo mensæ Do-
mini participationē corporis attribuet,
quomodo nō descēdet in eorū senten-
tiam, qui docent, legis implementum,
id est, mysticam Christi mactationem,
participationi corporis præuertisse, ma-
ximè cùm Caluinus fateatur, non aliter
quām à legis implemento nos consequi
potuisse, quod seruili legis cultu fuerat
Patrib⁹ adūbratū? Ergo ex Ysichij Nys-
senique sententia deffendemus mysti-
cam Christi mactationem, quæ ad pas-
chatis implementum Iudaici facta est,

ADVERSVS CALVINOLO. 78
cum corporis diuini participatione cō-
currisse, vt de sacrificato corpore, effu-
sōque sanguine ante mortē crucis par-
ticipatum & communicatum fuisse sta-
tuimus.

Promissi paschatis implementum, in
corporis sancti participatione factum
fuisse, hoc etiam probare tibi potest,
quod lex figuræque legales, vigere de-
buerunt, quandiu vetus testamentum
robur suum obtinuit: & vetus in suo ro-
bore perseverare, quo usque noui testa-
menti beneficium, legis iugum dissipas-
set, esse mūisque speratum adepti benefi-
cium. Nouum autem testamentum &
fœdus, initium habuisse in mensa Do-
mini & sanguinis poculo consignatum
fuisse, è Pauli lectione, vt antea dixi-
mus, perspectum est. Hoc, inquit, pocu-
lum, nouum testamentum est. Tunc er-
go & vetus exoleuisse, & abrogatum es-
se, & sacrificiorum umbras per hostiæ
speratae mactationem exinanitas fuisse
credendum est. Nam per veritatis exhi-
bitionem, & non aliter, eas euangelicæ
oportebat. Lex enim umbram habuit
futuorum bonorum. Ut igitur nostra
esset eorum bonorum hæreditas, & eis

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
potiremur bonis ad quorū fruitionem,
spe vetus testamētum patrēs nutriebat,
fouebat & alebat : finem habere oportuit,
quæ de Christo dicta sunt, & aduenire
quæ veteris testamenti cultus, car-
nisque iustitiæ significatione pollic-
bātur : vt in mensa Domini desitum sit
in ymbris & spiritu expiaticem hostiā
comedere, cōceptūmque ipsa frui in veri-
tate & spiritu, quos in ipsam naturalis
carnis eſus, ad vitam aeternam & pecca-
torum remissionem inferit. Præterea, si
regnum Dei, cum regij corporis parti-
cipatione concurrisse (vt par est) fate-
re, atque regnum Dei legis seruitutem
& ymbras pati non potuisse : legis & te-
stamenti veteris implementum, à men-
ſa Domini proscribere non debuisti.
Nam, vt diximus, corporis participa-
tionē obtigit regni participatio, & re-
gnum à seruitute participes eripuit.

Tantum, inquies, participationē cor-
poris, sanguinisque cōmunicationi
indulgebis, vt crucis sacrificium sua di-
gnitate spolies. Paulus sanguini crucis
sanctificationem nostram acceptam re-
fert, iustitiam, redemptionem & recon-
ciliationem, eaque quæ tu participatio-

ni tribuis, è qua re videris ea omnia de
crucis sacrificio detrahere, vt sacrificiū
tuum mysticum, tuámque participatio-
nem exaugeas, & adornes: interim res-
pondemus Christum non fuisse gratis
mortuum, sed pro peccatis nostris.

Sanè vobis ingenuè atque apertè fa-
teor, meritò non mensæ Domini, sed
crucis, omnia deberi quę ad reconcilia-
tionem nostram attinent: sed vt crucis
meritum nostrum efficeretur, cāque o-
mnia quæ soli Christo erant propria,
nostra quoque fierent, participationis
beneficio viāque consequuti sumus.

Nam postquam vna caro, vnumq̄ue cor-
pus cum ipso, & in ipso sacramenti ra-
tione, viāque effecti sunt Apostoli, vt
deinde mortuus & passus est Dominus,
corū quoque caro in eius carne passa &
mortua, & ita meriti consors effecta est.
Hanc enim viam ad nostram sanctifica-
tionem viuam & recētem initiauit Do-
minus in suo sanguine, per carnē suam,
nostramq̄ue quam potādo lauit afnam
eiusque pullum ad vitēm alligās, asper-
git & sanctificauit, dicens: Bibite ex hoc
omnes. Hic est enim sanguis meus noui
testamenti, qui effunditur in remissio-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
nem peccatorum.

Si, inquies, salutis tuæ meritum, vitz
ac resurrectionis, crucis ascribis sangu-
ni, quorsum hanc participationis viam
ad sanctificationem tuā ingeris, quum
via fidei in Christū mortuum, & à mor-
te excitatum, lauemur crucis sanguine,
meritique mortis confortes efficiamur.

Hic nostræ status est controversia:
huius verò impressionis tuæ tuique im-
petus aciem, Hilarij, Cyrilli & antiquo-
rum obducta sententia obtundemus.
Hi enim, teste vestro Melanthone, do-
cent, non aliter quam carnis naturalis
participatione naturali, carnē vestram
in Christi carnem mutari posse, quic-
quid fide valeatis, sed effici conuerione
ac unitatis vestre priuilegio, vt in Chri-
sti carne vestra quoque caro mortua sit,
mortisq; potita merito, & eo affecta spi-
ritu, qui Christi carnem à mortuis exci-
tauit, quo unico beneficio resurrec-
tio-
nis in gloriam spes vobis proponitur. Si
enim eo spiritu ac diuinitate vacua ef-
set vestra caro, quum hæc ad vivifica-
tionem nihil prodest, quomodo vivifi-
caretur? Nam spiritus, & non fides, in
carne Christi corporaliter inhabitans

ADVERSUS CALVINOLO. 80
est, qui Christum viuificauit: & hic spiritus, quem in Christi carne naturali sumpseris naturaliter, tuam quoque carnem viuificabit. Nam sanctū in tua carne manens corruptionem videre non poterit.

Patres, inquies, quibus hæc natura-
lis participatio fuit incognita, viuifica-
buntur. Ii ergo non à naturali partici-
patione, sed spirituali per fidem, in spē
gloriæ vocati sunt. Non equidem igno-
ro hoc mysterium patribus minimè fuiſ-
se cognitum, vt gentes patrésque effent
concorporales & comparticipes Chri-
sti, ideo nec ipſos naturaliter carnē co-
medisse. Sed Christus pontifex, ne quid
eis deeffet ad salutem, pro eis eam san-
ctificationis iustitiam impleuit, & se ip-
sum sanguinis poculo sanctificauit, vt
ipſi effent in ipso verè sanctificati. Nam
si pro eis fuit sanctificatus, in ipso quo-
que sanctificati sunt, & iustitiam imple-
uerunt: nō secus ac, quum pro eis bapti-
zatus & mortuus est, in eo baptisati &
mortui sunt, & quæ à baptismō morte-
que est, iustitiam impleuerunt: tantique
fuit huius sanctificationis iustitiæq; vis
ac præstantia, vt per hanc Christus eos,

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
in quibus posuit verbum, ac ministerium
reconciliationis, in æternum consum-
mauerit, ad id sanctificationis & iustitiae
genus eis conferendum, quos necessa-
rium impedimentum à mensa Domini
prohibet ac repellit, tantum si extra Ec-
clesiam ij non fuerint. Hincque factum
est, vt ad eos etiam qui è vita excelle-
rint quos Christi legati mutua sanctita-
te afficiunt, sumendæ sanctificationis
gratiam protrahi docuerit antiquitas,
quum pro ipsis ad altare Dei potu san-
guinis se sanctificant & baptifant. Vnde
Missas pro defunctis in usum & consue-
tudinem venisse creditum est.

Si, inquis, ad crucifixi corporis me-
ritum participandum, mensa Domini
tibi necessaria videatur, quorū & tuū
mysticum sacrificium nobis abiicis? cur
mactandi sacrificij & nō adhuc mactati
participatione non contentus es?

Consecrationem & oblationem my-
sticæ voluntariæque mortis nomine, ri-
bi diffiniuimus, eamque ostendimus an-
tecessisse, vt mors necessaria consequēs
ad salutem nostram prodesse posset. Qui
enim à Christo animam substulisset no-
lente, salutis nostræ causa eam ponere,
nihilo

nihilo plus egisset, quām si quemuis hominē interemisset: effecit enim votum voluntas, consecratio, & sanctificatio, ut mors insequens salutē nostram consumauerit: proinde ante mortē opus fuit consecrationis oblatione, ad volūtariæ mortis testimonium. Et quemadmodum corporis participatione, mortui corporis meritum nostrum effici debuit, sic & consecrationis (ex qua mors crucis vires accepit) eguimus participatiōne, ut in eo consecrati, oblati, & sanctificati essemus, in quo & moreremur: vnde necessarium fuisse mysticum sacrificium exploratum est.

Nunc reliquum est ad citati Lucæ loci explicationem, ut ad mensam regni, epulāsque quibus in eavesci debeamus, animum impellamus. Quæ sit mensa Paulus ostendit, hanc à dæmoniorum mensa discernens. Mensam verò dæmoniorum eam esse docet, ad quā dæmoniis immolatum comeditur. Ut ergo similitudinē relinquatur locus, & quadret Antithesis, mensam Domini eam esse oportet, super quā pascha in domo regnōque Dei sacrificatum accipitur, sicut regnum Dei est, ubi mensa epule-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
que regiae à Sapientia parantur.

Quum de mensa regnóque liqueat,
non magno negocio quæ sint epulæ re-
giæ iudicabimus. Nam & Paulus hoc
ipsum exponit, dicens: Pascha nostrum
immolatus est Christus. Epulemur ergo
non in fermento veteri. Quare exte-
vbi, & quam ad mensam nos epulari iu-
beat Apostolus? Num ad mensam Do-
mini? Vbi ergo hanc esse dices? Nónne
in regno in epularum paschalium occa-
sionem nobis disposito? Si hoc non ne-
gaueris, dic quando mensam suam pa-
rauit Dei sapientia, Rex noster & Do-

I. Cor. 5. minus? Nónne Paulo subscribes paratā
Prou. 9. fuisse nocte in qua tradebatur: & Salo-
moni, Quū viētias suas mactauit Chri-
stus, Dei sapientia? Dic insuper, an pu-
tes hanc extructam, paratāmque fuisse
ante regni dispositionem: anverò ipsam
regni dispositionē cum apparatu men-
sæ concurrisse? Hoc sanè factum fuisse
verba Domini sunt nobis testimonio,
dicētis. Dispono vobis regnū, vt super
mensam meam edatis & bibatis in re-
gno meo. Non enim in regno potuit
esse mensa, nisi iam venisset regnum.
Quum ergo in eam causam sit regnum

dispositum, vt super mensam Domini edatur & bibatur, seorsum à regno instructa esse non potuit. Super hanc ergo Christus pascha suū cum discipulis commedit, post quam fuit impletum, vt desiderio potiretur. Potitus est, inquit, sed post resurrectionem. At edēdi cum suis antequam pateretur desideriū ex primebat. Desiderauī, inquit, hoc pascha manducare vobiscū antequam patiar, quia non manducabo illud donec impleatur. Ergo implementū antequā pateretur, futurum prædicabat: nā post passionem, à legis & paschatis implemēto liberatus est. Ergo si morte, à legis & veteris testamenti seruitute solutus est, legem ante mortem impletā esse oportuit, vt frustra in tempus adeptæ gloriæ huius implementum reiici videatur.

Veruntamen si me despere & Lucam non intelligere dixeris: Dic quam ad mensam Christum immolatum pascha nostrum epulari iubeat Apostolus? Dic præterea, an nostrum epulum ab Apostolorum epulo diuersum esse tibi videatur? Si mensam Domini designaueris, & identitatem epuli receperis, dic cur Domini titulo mensam afficias, &

DE PASCHATIS IM PLEMENTO
cur hanc voces mensam Domini? An
propterea quòd ad eam regias ac diui-
nas epulas , nobis cōmunicet Christus,
vel quòd nobiscum ad eam Dominus
epuletur? Dic præterea cámne esse pu-
tes , ad quam Apostoli diuinæ carnis
participatione cum Christo ante mor-
tem huius potiti sunt ? Si eandem dixe-
ris, (Nam vna est mésa Domini, si vnu-
s est Dominus) subiunge an immolatum
mysticè, vti nos, vtque præcepit Paulus,
an immolandum se Apostolis partici-
pauit? Si immolatum, ergo iam impletū
pascha,id est, Christum in veritate faci-
ficatum, ante mortem huius, ab Aposto-
lis manducatum esse vt mecum afferas,
tu atē cogit confessio : simul vt Missam
& Eucharistiam esse sacrificium negare
desinas.

Quòd si immolandum,id est,non ad-
huc impletum fuisse pascha dixeris,hoc
tamen māducatum super mensam Do-
mini, hanc, (quæ mensa est noui testa-
menti ,) in veteri testamento , legisque
regno extructam fuisse depinges : & sic
noui ullam esse mensam testamēti per-
negabis : aut regnum Dei, nouūmque
testamentum ante figurarum implemē

tum: cum legis seruitute coniunctum
constitues: ut non regnum, mensaque
Dei, sed seruile regnum, Mosisque me-
sa vocari debuerit, ut quae nihil amplius
quam legis mensa largita sit, Christum
puta immoladum, in cibum animae sub-
elementi substacia. Cur vero dixit Chri-
stus: Non dico vos seruos: si adhuc legis
iugo premebantur, mensaque legis in-
seruiebant? Cur dicitis eum vestrum ci-
bum esse regij corporis participationem,
si nihil amplius Apostolis dederit, quam
legis patribus?

Ioan. 15.

Certe si Christus immolandum cor-
pus suum, & non adhuc immolatum, cu
Apostolis participauit, is non in verita-
te & spiritu, sed in umbra & spiritu, spe-
tenus, patrum instar, participauit: ut cre-
di oporteat eam mensam, Christo &
Apostolis cum patribus communem &
eandem extitisse, & Apostolos veteris
testamenti sacramentum, & non regni
Dei cibum, cum Christo comedisse: Vos
autem qui iam immolatum comeditis,
pasci noui testamenti sacramento & sa-
crificio, ut mensa vestra, Domini dici de-
beat: mensa vero quam suis parauit Chri-
stus, qua usus est, non mensa regni Dei,

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
sed seruitutis, patrūmque appellari, quē
authore Caluino, futuram hostiam spe
tenus, in panis signo ministrabat: ut mē
sa Domini & Apostolorum, à vestra tā
tum distare videatur, quātum inter vmb
ram & veritatem interesse cognitum
habeamus.

Nec hoc laqueo vestri caperentur, ne
gauerunt Dominum, sui corporis parti
cipationem cum Apostolis comedisse.
Quorsum enim, inquietabant, suo se cor
pore pascere voluisset? Quorsum, inquā
imleti paschatis, id est, sui corporis co
medendi desiderio se teneri affirmauit?
Sed Caluini non meminerant. Is enim
attestatur Christum, corporis sui sacra
mentum prælibasse, hoc quum porrexit
Apostolis. At Caluinum omittamus,
mentem nostram ad Paulum arriga
mus. Panis, inquit, quem frāgimus par
ticipatio est corporis Domini. Dic er
go quo cum, & inter quos, illa sit parti
cipatio? Nōne cū Christo, & inter eos,
qui comederunt? An naturalis carnis
Christo cum Apostolis, intercedere po
tuit in veritate participatio, & Aposto
lis cum ipso, nisi cum eis rem participa
tam, verè ac naturaliter comedisset? A

Mosis exemplo potes hanc dubitatio-
nem resoluere. Is nisi pascha suum cum
sua familia naturaliter comedisset, dici-
ne debuisset ipsius familia, verè de pas-
chate cum ipso participasse? Ille fuit in
figura redemptor Israël, typus Iesu Chri-
sti: non frustrà, sed vt aliquando figuræ
veritas responderet. Christus ergo nón-
ne cum Apostolis identidem participa-
re debuit? Qui hostias edunt, inquit Pau-
lus, & non alij, sunt altaris participes. A-
postoli ergo de Paschatis hostia man-
ducata cum Christo non participassent,
nisi Christus pariter cum eis hostiam
comedisset, vnūmque fieri non pote-
rant.

Ibidem.

Diabolus, inquies, idolothita non co-
medebat, is tamen cum sacrificiorum
epulonibus, illique cum eo participa-
bant. Hæc autem obiectio est à spiritus
participatione ad carnis & spiritus par-
ticipationem. Deniq; nego tibi diabo-
lum te vera de idolothitis participasse,
quanuis cōsensu & voluntate id facere
potuisset, nec vna cum participantibus
caro vnūmque corpus efficiebantur is
& cōuiuæ: neque vnum corpus vnaque
caro esse poterant ea participatione, vtī

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
coniuas cum Christo naturali partici-
patione vnum fieri didicimus.

Replicabis Christum hodie naturali-
ter nobiscum nō comedere , neque nos
cum eo absente, realem tamen cum ip-
so nobis intercedere carnis participa-
tionem. Hanc autem huius rei causam
esse didici , quòd is in nobis carnē eius
comedentibus maneat naturaliter &
corporaliter , nōsque in ipso post sacra-
menti sumptionem , vt vna caro & non
plures dici debeamus : sic vt nos in ipso
comedamus, & in nobis comedat ipse,
quod ante primam naturalis carnis par-
ticipationē patres quali quali fide præ-
dicti, obtinere non potuerunt. Qui enim
in vmbra & spiritu Christum hostiam
comedebant,eatenus erāt veritatis par-
ticipes, non naturaliter,& corporaliter,
id est, non in veritate & spiritu. Cur er-
go in vmbra sacrificij mentis aciem de-
figemus?

An credemus animam Christi fide
& spiritu tenus ex vestra sententia, veri-
tatem futuri in cruce paschatis come-
disse, quando panis vestri sacramentum
cum Apostolis super mensam suam co-
medit? Ita sanè ex vestra doctrina statu-

ADVERSUS CALVINOLO. 85
endum est: nam Christus eo modo, eaq;
conditione sacramentum sumpsisse di-
cedus est, qua ipsi sumpserint. Quid au-
tē huc vos impulit, vt puteris in regno,
conuiuióq; veritatis, non ipsam edi ve-
ritatem, sed huius figuram, dici vt possit
Christus veritas, de figura exoleta vſuſ-
que nulius, in regno suo cum suis parti-
cipasse, atque huc desideriū suum spe-
ctasse, vt ipsi cum Christo (quasi ad Mo-
sis mensam accubuſſent) fide & spiritu
tenus de veritate participarent?

Quāram adhuc, quid mentem vestrā
ſic inficere potuit ac inflectere, vt ſom-
niaretis panis exanguis eſum, viñique
potum, mortis Christi ſupplicium vo-
bis effingere? Nescitis panis naturam,
ſanguinis ac ſensuſ expertem, minimē
passioni eſſe obnoxiam? Si ergo cum fi-
gura veritas conuenit, nullam Christi
uiſſe paſſionem perſuafum habebimus,
quia ipſe ſecundum figuram fuerit paſſ-
ioni non obnoxiuſ: Alioqui, quomodo
panis incruentus, virum nefaria cæde
confectum, exhaustumque ſanguine, fi-
guraret? Communionem in corpus Do-
mini, à granis in vnam maſſam compa-
ctis, Ecclesiæ patres nobis oſtenderunt.

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
At ante vos nemo vñquam visus est, qui
tam ineptè delirauerit, vt mortis acer-
bitatem, & sanguinis effusione suppli-
cium, fractione esùque panis figuraue-
rit. Quid ergo panis manducatio habe-
re commune tibi videtur cum occisi-
one? Christus in eam opinionem animū
vestrum non impellebat, dicens: Hoc
est corpus meum quod pro vobis fran-
gitur, aut, vt Caluino placet, immola-
tur? Is enim naturalem significationem
agno Mosaico præripuisset, vt eam pa-
ni vestro contra huius naturam tribue-
ret, si suis illis verbis, ad vestrā opinio-
nem, Apostolorum animos conuertere
voluisset: sed in ea figurādi ratione per-
seuerasset, quam Mosem edocuerat, vt
panis azymus cibum nostrum, & agni
Iudaici mactatio, agni nostri mactatio-
nem figuraret. Sed vos supra magistrum
discipuli, eoque, si Deo placet, sapien-
tiores docetis, vel adhibito fulmine, id
pane figurari, quod Dei decreto à Mose
fuerat agno legis attributum: vt Chri-
stus in suo sacramentali sacrificio nihil
egerit aliud, quam vt vñbrarum signi-
ficationem ineptè inuerterit.

Vt verò omni ratione obsequij me

ADVERVS CALVINOL. 86
vobis satisfecisse, mihi possim esse con-
scius, donabo paratam à Christo vobis
esse mensam, vt super hanc ore panem
figurámque corporis comedentes, fide
& spiritu Christum mortuum, & à mor-
te suscitatum, in spem æternæ vitæ mā-
ducetis. Ad sermonem Domini animū
intendamus. Dispono, inquit, vobis re- *Luc. 22.*
gnūm sicut disposuit mihi Pater meus,
vt super mensam meam edatis & biba-
tis. Sicut vox est similitudinis. Finis er-
go regni Christo à Patre dispositi, est vt
Christus edat ac bibat super mensam
suam, vt quoque edamus & bibamus in
regno eius. Quid ergo edat Christus ac
bibat ore panem & vinum, vmbrosas
escas, & fide suam carnem & sanguinem
in spem vitæ æternæ? Scio Christianis
hanc insaniam risu dignam videri, nisi
priuilegij vestri, quo vobis licent om-
nia, rationem habeant.

Dices allegoricè intelligi hūc sermo-
nē oportere, atq; ad eternitatis glorięq;
lētitiam referri. Quasi, inquam, ante ad-
uentum Domini nullum futurum sit re-
gnūm Dei, nullauē sit mensa, super quā
edat, ac bibat Ecclesia. Si autem nulla
sit, cur mensæ Dei nomine cœnam ve-

D E P A S C H A T I S I M P L E M E N T O
stram diffinitis? Cur in Christo regnare
vos dicitis? In hoc sanè nullam vos ha-
bere rationem apertum est. Regnum,
inquieris, spirituale ac spiritualem men-
sam intelligimus. Et ego in eam tecum
sententiam descendō, ad spirituales ef-
cas me comparo, non tamen ad spiritus
epulas. Harum autem hæc differentia
est.

Caro Christi non mihi est spiritus nu-
dus, sed spiritualis: nostrum ergo pascha
non spiritus, sed spirituale corpus: à me
non spiritu, sed spirituali, spiritualiter,
id est, non per fidem sed in carne, & spi-
ritu comeditur, quādiu spiritualis Chri-
sti verba in me permanferint. Si hac
igitur tuum illud spiritualiter applies,
vna est nobis de spirituali manducatio-
ne sententia, spiritualem carnem non
solo spiritu, fidēque tenus, sed & carne,
id est, naturaliter, ore, & spiritu comedim-
us, panem in spiritualem carnem trā-
substantiatum comedentes.

D E T R A N S V B S T A N-
tiatione.

HÆc vna præcipue res à carnis má-
ducatae religione te demoratur, ¶

à carnis sapore, Eucharistiæ sapor fit alienus: visu, gustu, tactu, & pondere tibi panis est, quam carnis substantiam esse profitemur. Hunc ergo ut tibi scrupulū eximas, tecum ipse cogita, quæ qualisque esset Mānæ substantia: hæc enim gustu mel, figura, visu, tactu, & pondere, nix erat. Si autem ea erat Mannæ substantia, quam ab accidentibus iudicio consequi poterat humanitas, Hebræos quomodo nutriebat? Sed si solidus ac corporeus erat panis cibus niuis sub accidentibus, vnde accidebat, ut solidum panis corpus, ad exiguum Solis radium diffueret, quod assolet ad Solem obducere? Si verò non erat corporea panis substantia, quomodo Hebræos allebat? Ii annis quadraginta niue, aut aëre vesci non potuerunt. Quomodo contra præceptum Domini seruata, vermis scatebat, quæ secundum præceptum custodita, erat à corruptione libera? Sed si panis solidi, aut niuis erat substantia, cur attestatur sapientia eam naturam, sub alienis accidentibus fuisse transubstantiatam? Dulcedinem, inquit, tuam illis ostendebas. Nam in id quod quisque capiebat, substantia tua conuerte-

DE PASCHATIS IMPLEMENTO
batur. Substantia, inquit, non qualitas,
aut proprietas. Hæc ergo ad Hebræo-
rum desiderium in panē solidum crea-
ta conuersione fluida substantia, mellis
Num. ii. niuisque sub accidentibus insumeba-
tur, mola frangebatur, in mortario te-
rebatur, in olla coquebatur, ex eoque
fiebant tortulæ quasi panis oleati. Hoc
si sanæ mentis iudicio nō possis impro-
bare, cur adeò barbari tibi sumus, quod
credimus panis naturam, creatoris sui
verbo parere, vt sub panis effigie diui-
næ carnis fiat substantia, nō finita panis
accidētibus, veluti niuis accidētibus, Iu-
daicus panis non erat finitus? Quod in
figura recipis, cur veritati denegas? Gu-
stus, inquis, erat mutatio. Falsum est: gu-
stus enim non est substantia, quam cō-
Cap. 16. uersam esse sapientia comprobat. Qua-
propter, inquit, omnia transformata,
omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebat
ad voluntatem eorum qui à te deside-
rati sunt, vt scirent filij tui quos dilexi-
sti, quoniam non natuitatis fructus, sed
sermo tuus pascit eos, qui in te confi-
dunt. Quod enim ab igne non poterat
exterminari, statim ab exiguo Solis ra-
dio calefactum, tabescet: Audi nati-

ADVERSVS CALVINOLO. 88
uitatis fructibus Iudeos non fuisse nu-
tritos, sed Domini sermone. Non ergo
niuis natura, sed per verbum Dei facto
pane, niuis sub accidentibus nutrieban-
tur. Hoc autem accidisse, ut esset Eucha-
ristiæ symbolum, confirmat tuus Beza.
Cur ergo omnipotentis verbo denega-
bimus in panis transsubstantiatione,
quod hominum cupiditati, per verbum
Dei, in eorum cibo audimus esse tribu-
tum?

Finis.

88. *TO A YOUNG CAVALIER*

Young man, I say to you, that
you will be a good man if you do
not let your heart be led by the
fancies of youth, which are like
the clouds of the sky, ever changing
and passing away; but if you do
not let them rule over you, you
will be a good man, and when
you are old you will be a wise
man, and when you are wise
you will be a good man, and when
you are good you will be a
counselor to others, and when
you are a counselor to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a leader to others, and when
you are a leader to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a teacher to others, and when
you are a teacher to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a friend to others, and when
you are a friend to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a master to others, and when
you are a master to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a father to others, and when
you are a father to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a husband to others, and when
you are a husband to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a son to others, and when
you are a son to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a brother to others, and when
you are a brother to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a master to others, and when
you are a master to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a teacher to others, and when
you are a teacher to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a friend to others, and when
you are a friend to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a leader to others, and when
you are a leader to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a counselor to others, and when
you are a counselor to others
you will be a good man, and when
you are a good man you will
be a wise man, and when you are
a wise man you will be a good
man, and when you are a good
man you will be a good man.

D E
POCVLO
SANGVINIS
CHRISTI, ET IN-
troitu in sancta sancto-
rum interiora ve-
laminis.

ADVERSVS BEZAM
ET CALVINOLOGOS,
Nicolai Villagangnonis
Disputatio.

LVTETIAE,

Apud Sebastianum Nieuellum, in via
Jacobæa, sub Ciconiis.

Cum Priuilegio Regis.

CAutum est Christianissimi Re-
gis Francorū Priuilegio, ne quis
quam vel excudat, vel excusos
alibi diuēdat libros quouis idio-
mate in lucem editos à D. Nicolao Villagā-
gnone, equite Mellitensi, ante septennium,
prima cuiusque operis editione, nisi eius per-
missu ac voluntate: quod ille Sebastiano Ni-
uellio libenter impertit. Qui secus faxit, mal-
ēta, amplissimo diplomate indicta, plectitor.
Apud sanctū Maurum. 2. Septembris anno
1568.

Par le Roy en son Conseil.

De Laubespine.



AD ILLVSTRISSIMVM
DOCTISSIMVM Q V E
D. Carolum à Lotaringia tituli S.
Apollinaris Cardinalem Reueren-
dissimum, Nicolaus Villagangnon.

TVA Domine, orthodoxæ Religio[n]is nostræ sciëtia, tuumq[ue]
huius propugnandæ singula-
re studium, me adduxerunt, ut tibi dica-
uerim, quem de poculo sanguinis Christi
librum composui aduersus Bezam &
nonnullos Caluinologiæ professores, cum
quibus ea de re intercessit mihi disputa-
tio. Mei verò instituti librique finis est, ut
probem Dominū, vel non esse filiū Dei,
(ut qui legem nō impleuisset,) vel se pro
peccato sacrificasse, quum parauit men-
sam suā, Deoque patri crucifigendū de-
isse pro plasmatis sui redemptione:

per proprium sanguinē (quem vini trans-
substantiatione verbo suo fecerat) in in-
teriora velaminis ad inueniendam pre-
parandāmque plasmatis sui redemptio-
nem introiuisse: eoque in seipso veritate,
oblato sanguine, carnem, quam nobiscū
communem habet, ut nostrum sanctuarium,
à nostris immunditiis sanctificasse.
Deinde suos ad peccatorum remissionem,
nouique testamenti dedicationem eo ipso
sanguine prius aspersisse, quām ut hircus
nostris onustus fōrdibus, per Pilatum in
desertum emitteretur, ac extra portam
pateretur. Hoc autem à figurarum cum
veritate collatione, & scripturarum au-
thoritate, docendum aggredior, ut tibi
libelli nostri lectio indicabit, si per tuas
occupationes hunc tibi legere liceat.

Vale.

DE POCVLO SANGVI-
NIS CHRISTI, ET IN-
troitu in sancta sanctorum
disputatio, aduersus
Caluinologos.

*Quid exigeret testamenti ve-
teris dedicatio.*

CAPVT PRIMVM.

Dedicationis testamen-
ti veteris ceremoniā
noui testamenti dedi-
candi umbram habuif-
se, Bezam non latere
debet. Illa exigebat, vt
non aliter, quam per expiationem po-
puli, fieret testamenti dedicatio: non e-
nim potuisset à pontifice testamentum
dedicari, nisi cum ipsa dedicatione, po-
puli per sanguinis aspersionem sanctifi- Heb. 9.

DE POCVLO SANGVINIS
catio concurrisset. Sic à populi sanctifi-
catione , testamenti dedicatio : & à de-
dicatione , populi sanctificatio nomen
Lenit. 16. acceperat: sanctificatio verò nulla esse
poterat, nisi per sanguinē, quem in san-
cta pontifex intulisset.

*Quo modo in lege fiebat populi
sanctificatio.*

C A P V T II.

Hæc enim lex erat, forma conditiōq;
sanctificationis . Pontifex ornatus
pontificio splendidus, quotannis pro se
ac populo, magnis precibus deum pro-
sequutus , ad ostiū tabernaculi testimo-
nij hircum offerebat , vitulūmque pro
peccato: quos paulò pōst in sanctis , id
est , in anteriori tabernaculi parte , ad
altare ei rei destinatum mactabat , & cra-
tere horum sanguinem excipiebat , vt
hunc confessim inferret in taberna-
culum, cui sancta sanctorum nomē erait,
pro sua populique rogans ignorantia,
illatum oblaturus.

Is deinde oblato se aspergebatur sanguine, ut à suis peccatis ablueretur. Altare
præterea, propitiatoriūmq; ac sanctuar-

rium, ab alienis, id est, filiorum Israël maculis, eiusdem sanguinis aspersione sanctificabat. Emundabit, inquit Moses, sanctuarium, ab immunditiis filiorū Israël. Quibus gestis rebus, ad populum foris expectantem se referebat, ut testamentum dedicaret, sanguinis aspersione populum sanctificans, dicendo: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Nec absque populi sanctificatione, quæ per sanguinem fiebat, potuisse esse testamenti dedicatio.

Leuit. 16.

*Quò spectabat in lege dedicationis
testamenti ceremonia.*

CAPVT III.

Hæc verò cōtingebant in exemplum noui testamenti dedicationis, quæ futura erat per Christi & cœlestiū Christianorum sanctificationem. Ostendebant enim fore, ut æternius noster pontifex, apud se, qui ostium est tabernaculi testimonij, se hostiam pro peccato salutiferam offerret, eāmque in priori tabernaculo, (id est, in placitate Dei, quale fuit ab initio sanctum, cui Ecclesiæ sanctæ nomen est) mysticè mactaret, at-

DE POCULO SANGVINIS.

que poculo sanguinem exciperet, per quem se ipsum aspergendo, id est, potando sanctificaret: (nā potus interna est ad cōsciētiarum emundationem aspersio:) atque ita in sancta vt homo introiret, suāmque carnem, nostrum sanctuarium & altare, à nostris immunditiis, vt Deus ac pontifex æternus emundaret, post quām ipsas, vt homo pro nobis passus, per sui corporis oblationem, suas cf fecisset. Deindēq; suos familiares ciudem sanguinis aspersione in veritate sanctificaret, & sanctificando suum testamentum constitueret, dicens: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum: vt absque remissione, quā per eam sanguinis effusionē erat, fieri non potuerit noui testamenti dedicatio.

*Dominum in sancta sanctorum nunquam
introiuisse, nisi id fecerit quum vini
sub effigie proprium bibit san-
guinem in cœna.*

CAPVT

HInc probare contendimus, Domi-
num ante sui testamenti dedicatio-

ADVERSUS CALVINOL. 93
nem, mortemque crucis, per poculi sanguinem non manu, sed verbo Dei factū sanctitatis tabernaculum, in sancta necessariō introiuisse, id est, se sanctificasse; sed fieri hoc nō potuisse ex Pauli sententia, nisi per verbū in sancto spiritu illū sanguinē, vini sub accidentibus conficeret, & ita cōfectū, ad sui ipsius, quasi nostri sanctuarij sanctificationē, biberet ac in se infunderet, mox cœlestia, (quib⁹ Ecclesia consistit) effusione potúque nō absimili expiaret. In sancta ego per proprium sanguinem, non manu Dei, sed eius verbo factū diuinitatis tabernaculum, ex mente Pauli, Dominus introiuisse intelligēdus est, quum vini sub effigie naturam sui sanguinis sanctificantis, in proprium corpus effudit ex poculo, vt in se Deo veritate, suam nostrāmque carnem manu Dei factam, in carnis peccati similitudine, ab immūditiis nostris sanctificaret: vtī protestatus est, dicens: Pro eis sanctifico me ipsum, vt & ipsi in veritate sanctificati sint. At quoniam hoc fuit hæreticis haētenus inauditum, eis me video minimē fidem facere, nisi apertis demonstrationibus certisque scripturæ testimoniis meam

Ioan. 17.

DE POCVLO SANGVINIS

sententiam confirmem. Paulus tempus
Hebr. 9. in sancta introitus assignat, quum Christus assistebat futurorum bonorum pontifex: hoc est, quum corporis & sanguinis sui suos faciebat participes. Et alio loco docet, Christum pro nobis precursum in interiora velaminis introiuisse, quum secundum ordinem Melchisedech factus est in æternum pontifex. Quod accidit nulla dubitatione, non quum ad cœlos ascendit, sed quum sui corporis & sanguinis participationem fecit: non enim ut priuatus, sed ut pontifex ei ministerio incubuit. Quum autem hereticos non aliter quam proprio conuinci posse iudicio compertum sit, in primis ad eorum expugnationē utar Bezae commentationibus, si prius audieritis quid in eam rem de meo addendum esse duxerim.

*Quid sit verum tabernaculum, cuius
Mosaicum fuit exemplar.*

CAPVT V.

Exponam verum tabernaculū, quod fixit Deus & non homo, cuius sancta Mosaica Paulus docet exemplaria ex-

stitisse, sancta esse vera, eaque non cœlos esse, sed humanam Christi naturam, plasma Dei: templum enim Dei factus est Adam, forma Christi. Addo in sancta introire per Christi sanguinem, non aliud significare, quam sanctum effici, per Christi sanguinis communicacionem: non secus, ac in gloriam, cœlumque introire, gloriosum & cœlestem effici didicimus. Adiiciam in sancta nos introire, id est, Deum & sanctitatem induere, quoties non indignè de Christi sanguine communicamus: eaque via in Christo carnem nostram per ipsius sanguinem in sancta introiuisse, quum in se cum ipsum sanguinem effudit ex poculo, quem fundimus, ut sanctificemur, & Deum induamus. In eius enim carne quam nobiscum communem habet, otiosa & vllius effectus esse non potuit vis naturaque sanctificationis vnta sanguini, quæ à nobis vere quoque sumpta, non potest eam non conferre sanctitatem, quam aquæ baptismus contulerit.

DE POCVLO SANGVINIS
Velum appensum vnitatem naturæ taberna-
culi non diuidere, sed huius qualitatem.

CAPVT VI.

DIcam præterea tabernaculum illud verum à Mose figuratum , esse continuum ac indiuiduum:vna enim & indiuidua est humanitas, plasmáque Dei: ita tamen ut appenso velo , huius integritatem in duas partes discretam esse non inficiemur , in inferiorem puta ac visibilem , quæ quidem plasma Dei est, quale fuit ab initio sanctum, non tamen natura, sed dono Dei:Et in superiorem inuisibilémque, quæ est Christus caput Ecclesiæ, à se, per séque sanctus, & naturaliter. Vnde docemur vnā Christi carnem considerari dupliciter oportere, eam enim quatenus est ex sancta Virgine , sanctam esse ac sanctificatam : quatenus autem est de Spiritu sancto , sanctissimam & sanctificantem.

Adiungam, Dominum in eo priore tabernaculo , id est, in eo modo carnis quam cum Matre communem habet, se occidendum pro nobis obtulisse , sanctificasse & mactasse per sui corporis cōsecrationem & oblationem antequam

pateretur (is enim vt homo pro nobis sanctificatus, & non vt Deus sanctificas passus est.) Deinde suam nostramque inse carnē per proprij sanguinis verbo dei facti poculum in sancta sanctorum intronisſſe, id est, sua naturali sanctitate affecisſe, vt in eius carne naturaliter habitans Diuinitas, in cibo poculōq; sumpta, in genus humanum redundaret, carnemque nostram, quum effet mortua, à mortuis excitaret. Nam citra diuinæ carnis & sanguinis sancti sumptionem, resurrectionis in gloriam spes nobis præ*Ioan. 6.* ceditur: caro enim à se ad viuificationē non prodest, sed spiritus qui Christum excitauit à mortuis, in ipsa inhabitans.

Ne ipse mihi repugnare videar, dicēs: Persanguinem non manu Dei, sed verbo factum, in sancta dominum iniuiisse, id est, se sanguinis poculo sanctificasse: accipe hanc sanctificationem à me ad diuinitatem non referri. Quid enim sanctitatis accessione egeat ipsissima sanctitas? Sed ad carnis naturam quae per corporis Christi voluntariam oblationem, nostras iniquitates suas effecerat. Dicóque Deum eam humanitatē, quae peccati similitudinem habet, & egit

DE POCVLO SANGVINIS
sanctitatis beneficio, per eam ipsam hu-
manitatem sanctificasse, quæ nullam
peccati gerit imaginem & nulla sancti-
tatis indiget accessione, ut quæ sit sua na-
tura sanctificans. Nostræ ergo sententie
rationem explicabo.

*Quo modo diuersus fuerit sanguis poculi,
ab eo, qui venis Domini latebat.*

CAPVT VII.

NOlo videri inter substantiam san-
guinis, qui cœnæ tēpore venis Chri-
sti continebatur, quam manu Dei fa-
ctam appello, & inter eam quam non
manu, sed verbo Dei factam Apostoli
in se poculo in remissionē peccatorum
effuderunt, discrimen ullum inter po-
nere. Vnam enim fuisse naturam inge-
nuè fateor: sed quæ poculo fusa est, quæ
sanguinis peccati similitudinem nō ha-
bebat, fuerat vini transubstantiatione
tunc primū vini sub accidentibus crea-
ta, non adhibito manus, id est, humanæ
operationis ministerio, sed hac sola be-
nedictione: Hic est meus sanguis. Qui
verò venis latebat, & obnoxij peccato
sanguinis imaginem referebat, erat ma-

nus Dei plasmatio, & erat humanæ operationis quantum ad Mariam Christi matrem attinet, vt quæ ex viri semine genita est. Ab affectione igitur sanguinis non manufacti, à Paulo nomen accepit, vt doceremur quando, qualémq;
per sanguinem, se Dominus sanctificauit, quum per proprium sanguinem nō
manufactum in sancta introiuisse legitur: aduersus eos qui ipsum post mortē,
quæ hunc à legis implemento absoluere, per manufactum sanguinem introiuisse tradiderunt. Non enim post resurrectionem Dominus sanguinem verbo fecisse creditur, vt per nō manufacturem sanguinem(citra quem, teste Paulo, ad sancta Pontifici nostro non patebat aditus) in illa se intromitteret, vt postea quām erat à lege solutus solutam ipsam impleret.

Errare qui dicant Dominum figuram legemque introitus in sancta, postquam fuit à legе solutus, id est, quum in cœlos ascendit, impluisse.

CAPVT VIII.

HAc de re maxima mihi cum Calvinologis dissentio intercessit. Li

DE POCVLO SANGVINIS
enim confitetur Leuitici sacerdotis in
sancta sanctorum introitus impletam
legem à Domino: sed negant in diebus
carnis impletam esse, quum legi subi-
ctus erat, sed tunc potius solutam: vi-
postquā fuit à lege iustificatus legis im-
plemento studeret, puta quum hunc ab
oculis Apostolorū suscepit nubes. Ean
in rē hos non piget assentiri sancta san-
ctorum, quorum sancta Mosaica fuerū
exemplaria, illud esse tabernaculum,
quod fixit Deus & non homo, cuius ta-
bernaculi Christus minister fuisse legi-
tur. Quod à me non improbatur.

Addunt, & magna quidem ratione,
cœlum ipsum, interiora velaminis san-
ctorum, rem eādem esse: Sed
subiungunt eam rem, id est, sancta san-
ctorum, cœlorum corruptibili natura
subsistere, ac in eam Christum tuuc in-
troiuisse, quum in cœlos ascendit glo-
ria prædictus: non verò ex Pauli senten-
tia, quum factus est secundum ordinem
Melchisedech in æternum pontifex. Et
Putant vnum esse, in cœlum ipsum in-
troire, id est, cœlestem effici, & in cœlos
interitui obnoxios ascendere. Itaque
in eam contemplationem hunc Pauli
locum

locum intorquent. Non in manu facta *Hebr. 9.*
 sancta exēplaria verorum, sed in ipsum
 cōclum introiuit, ut nunc vultui Dei ap-
 pareat pro nobis. Quem locum à Cal-
 vinologis intellectum nō fuisse, multis
 rationibus, patrūque sententiis appro-
 bauit, inter quos quid Nyssenus ea de re
 senserit, hīc adnotauimus.

*De tabernaculo vero, cuius Mosaicum erat
 exemplar, hæc Nysseni fuit ea de re
 sententia, in vita Moses.*

CAPUT IX.

VNICUM tabernaculum ad eius exē-
 plar, quod in monte Mosi ostensum
 est, vnius veli expensio, in duas partes
 distinguebat, in partem puta visibilem,
 in quam sacerdotes aditum habebant,
 & in partem secretiorē & abditam. No-
 men anterioris ac conspicuæ erat, san-
 cta, vltioris ac reconditæ, sancta san-
 torum. Quod autem à nobis cōiectio-
 ne quadam dicitur, hæc ad propositum
 accommodantibus, legentium iudicio
 totū relinquimus. Dicamus igitur non-
 nihil ex Paulo, qui mysterium breuiter
 attigit, adiuti, quod in figura prædictus

DE POCVLO SANGVINIS

„ fuerat Moses, tabernaculum id esse, quo
„ vniuersa sancta continentur. Id verò est
„ diuina sapientia & virtus: quæ quidem
„ sapientia non manufacta, sed increata
„ quum sit secundum naturam suam, crea-
„ turam suscepit, quando secundum nos
„ oportuit carne tabernaculum hoc fa-
„ bricari. Ita alio atq; alio modo factum,
„ & non factum est: natura, in quantum
„ ante secula fuit, increatum est: in quan-
„ tum hanc concretionem suscepit, crea-
„ tum ac fabricatum est. Tabernaculum
„ igitur est vnigenitus Deus, qui in se ip-
„ so omnia continet, qui ex nobis etiam
„ tabernaculum fabricauit. Oportet au-
„ tem vt tabernaculi visio mystico taber-
„ naculo sic conueniat, vt singula ipsius
„ ad aliquid mysterio non indignum, nos
„ deducant. At quoniam diuinus Aposto-
„ lus visionem ipse quoque totius taber-
„ naculi consequutus est, quum in cœle-
„ stibus adytis per spiritum sibi mysteria
„ reuelata sunt, cortynam inferioris taber-
„ naculi carnem Christi esse ait.

Explicatis deinde rebus, quas pars su-
perior tabernaculi contineat, eisque ad
spiritualem intellectum reductis, subiū-
git: Hæc igitur in superiore tabernacu-

ADVERSUS CALVINOL. 98
lo, materialibus illius significata puta-
mus: in inferiore verò, quoniā sèpius à
Paulo Ecclesia Christ⁹ appellatur: Chri-
stus autē, vt diximus, superius taberna-
culum est, nō est alienum, si quis Eccle-
siam inferius tabernaculum arbitretur,
in quo columnæ sunt misteriorum Ec-
clesiæ ministri. Hæc fuit Nysseni de ve-
ro tabernaculo sententia.

Bezæ de tabernaculo opinio.

CAPUT X.

BEza epistolæ ad Hebræos nonum
caput explanans, vnum quoque in
Ecclesiæ sententiam fuisse tabernacu-
lum asserit, duas in partes appenso velo
distributum. Huius hæc verba sunt. *Ta-
bernaculum enim extructum fuit. Obser-
vandum est in primis hanc descriptionem nō
ad templum, sed ad tabernaculum accommo-
dari, quia nimirum noster hic scriptor, ea pro-
priè quæ Moses secundum exemplum in mon-
te ipsi propositum fabricauit, cum rebus ipsis
coelestibus comparat. Hinc fit, vt duorum ve-
lorum faciat mentionem, quæ describuntur
Exo. 26. quum in templo unicum tantum es-
set tabernaculum, cuius apud Euangelistas fit*

DE POCVLO SANGVINIS
mentio. Deinde velum secundum nominalis,
non quod duo sint vela, sed quia erat posterius
sancto, vel priore tabernaculo. Item sancta
sanctorum Hebrei pro sacrario sacratissimo
sumpserunt, ut frustra hic sese torserit ^{Au-}
gust. Sciendum est tamen infra non obseruari
hoc discrimen, sed simplici appellatione san-
ctorum, significari hoc adytum, prius autem
generali nomine tabernaculum dici.

*Bezae error in veri tabernaculi cum
Mosaico collatione.*

CAPVT XI.

QUAMUIS Beza de tabernaculi vnitate ac structura, ab Ecclesia non dissentiat, tamen de huius diuisione ac partibus, ut Paulū corrigeret, priuatam opinionem habere voluit. Paulus enim sanctificatricem ac superiorem tabernaculi partem, sancta sanctorum, & interiora velaminis nominauit. Beza tamen visum est, ut eam ipsam partem quamuis esset inuisibilis & sanctificans, visibili & corruptibili cœlorum natura diffiniret, eam cœlos appellans, arbitratuſ cœlos, eam rem esse, quam abdita pars Mosaici tabernaculi significabat:

quasi cœli naturam habeant sanctifica-
tricem, eaque prædicti sint, ut sancta san-
ctorum vera dici possint. Hęc Pauli ver-
ba sunt: Post secundum autem velum,
erat tabernaculum, quod vocant sancta
sanctorū. Ei verò tabernaculi parti hoc
nomē Moses dedit, (quoniam in ea san-
ctificabatur pontifex) vt eam Christi si-
gnificaret naturam, ex cuius plenitudi-
ne in sanctas omnes creaturas redundat
sanctitas. Quòd si cœli, vt Beza docet,
ea sunt natura, quam sancta sanctorum
Mosaica repræsentabant, è cœlis, & nō
ex verbo, in Christi carnem, sanctitas
deriuasse dici posset: ij enim sunt eius
iudicio sancta sanctorum. Hęc Bezae
verba sunt. *Sic igitur adumbrabat spiritus*
sanctus, nondum apertam esse viam in sacra-
rium, stante priore tabernaculo, in quo scilicet
sacrificia peragebantur, iis prioris tabernacu-
li sacrificiis nondum patet fieri nobis cœlum,
quod per sacrarium illud intimum repræsen-
tabatur.

Audi Bezae iudicio cœli corruptibile
naturam, à sanctis sanctorum Mosaicis,
quibus sacrarij nomen Beza imposuit,
fuisse figuratam: à quo tamen prius di-
dicimus humanitatem Christi, in qua

DE POCVLO S'ANGVINIS

plenitudo diuinitatis naturaliter inhabitat, ab inferiori parte tabernaculi & minus excellenti adumbratam. An ergo, vt doceat cœlos casui obnoxios, dignissimam esse veri tabernaculi partem, eamque Christi humanitati (quæ Dei thronus est æternus, sed inferius, auctore Beza, tabernaculum) sanctitate antecellere, eaque stante humanitate, id est, priore tabernaculo, viam in sacrarium non patescere? Fierine potest vt Beza aliquando interitum esse hoc Dei tabernaculum, id est, Carné Dei augurauerit, quod esset Genevæ summus pontifex? Si verò ad animum suum reuersus Beza fateatur eternam esse & nunquam interiturā Christi humanitatem, id est, vt ei placet, prius tabernaculum, quis illi credet Mosem figura sui tabernaculi significasse, stante carne Christi vero tabernaculo non apertam esse viam in sacrariū, id est, vt Bezæ placuit, in cœlos.

Diuersas naturas ab una & continua natura non figurari.

CAPVT XII.

PRAETEREA, Beza docet vnum & continuum fuisse Mosaici tabernaculi corpus, vt unitatem & continuationem ve-

ADVERSVS CALVINOLo. 100
ri tabernaculi figuraret, sed protinus ab
ipso sui immemore, verum tabernacu-
lum, in duo diuersæ naturæ corpora se-
catur: in humanitatem puta Christi, &
cœlos: & quod est magis ridiculū, con-
fert humanitatem Christi, in qua pleni-
tudo diuinitatis inhabitat, cum inferio-
ri & minus excellēti parte tabernaculi:
& cœlos perituros cum excellentiori &
diuiniori: quasi eam ineptiam in monte
Mosem Deus edocuerit, vt diuisionem
diuersorum tabernaculorum, vnitate ac
continuatione vnius tabernaculi effin-
geret, & cœlos perituros diuinæ ac æ-
ternæ carni Christi anteponeret. Nón-
ne Beza fatebris æternam, quamuis ter-
renam Christi humanitatē, quam cum
priori tabernaculo comparas, & cœlos
solutioni obnoxios, diuersa esse, distin-
ctaque & separata corpora, eaque di-
uersis inter se naturis consistere?

Quomodo ergo hæc duo corpora, ab
vno Mosaici tabernaculi corpore figu-
rari, nisi ineptissimè potuissent? Præsta-
ret ab Ecclesiæ doctrina non auelli, &
Nysseno subscribere dicēti, vnum Mo-
sis tabernaculū, vnu & continuum diu-
nitatis tabernaculū, id est, Christi deifo

DE POCULO SANGVINIS
Iidam humanitatem, plasmáque figura-
rasse: quæ humanitas non naturæ diffe-
rentia diuiditur, sed in Ecclesiam quæ
Christi corpus est, & Christum, verbum
Dei corporis Ecclesiæ caput, distingui-
tur. Capitis vero & corporis, tamen
una est eadémque carnis natura, vnum
que diuinitatis tabernaculū: tamen hoc
distare diuidique velo huius naturæ i-
dætitatem Moses edocuit, quod plasma
Dei quod & Ecclesia est, habeat parti-
cipatione, ut ipsa diuinum sit taberna-
culum: Christus autem hoc habeat à se
ipso naturaliter.

*Beza cum Caluino de tabernaculi dif-
finitione non conuenire.*

CAPVT XIII.

Hebr. 8. **C**Aluinus cum Beza de tabernaculi
diffinitione consentire non potuit.
Caluinus enim hunc Pauli locum ex-
plicans: Sanctorum minister, & taber-
naculi veri, quod fixit Deus & non ho-
mo: ne Iesustellarum fuisse minister di-
ceretur, negat tabernaculum illud verū,
cœlos esse, & affirmat sancta, neutro ge-
nere, pro eo vero tabernaculo capi, cu-

ADVERVS CALVINOLO. 101
ius fuerit Christus minister.

Cuius tabernaculi minister fuerit Christus.

CAPVT X I I I.

Ego in Caluini gratiam fateatur be-
za verum tabernaculum esse sancta,
ab eisque re nulla distare : atque Eccle-
siæ assentiatur verū hoc tabernaculum
eos complecti, quibus Deus Christus
sanctum pascha, hostiaque pro peccato
sanguinem, in regno suo, super mensam
suam ministrauit, vt̄ testificatus est di-
cens: Ego in medio vestrum sum, sicut
qui ministrat. Sanctorum ergo, id est,
veri tabernaculi nomine, Ecclesiâ Chri-
stûmque amplexabimur. Et quando
Christum fuisse veri ministrum taber-
naculi audiemus, ad priorem huius par-
tem, ex qua Ecclesiam cōsistere docui-
mus, respiciemus. Et vbi sancta sancto-
rum in nostram memoriam redibunt,
ad Christum, caput Ecclesiæ, animum
applicabimus, & non ad cœlos corru-
ptioni obnoxios.

Luc. 22.

*Errare qui dicant, humanitatem Christi
non esse manu factum tabernaculum.*

DE POCVLO SANGVINIS
CAPVT XV.

Vbiungit Beza: Nam oportuit tabernaculo, sic etiam sacrario aliquid non manu factum opponi, ut cœlestis veritas, exemplaribus terrenis per omnia responderet. Audi Beza solam anteriorem visibilémque tabernaculi partem, tabernaculi nomine à te comprehendendi, eoque nomine interiorem partem, cui sacrarij nomen dedisti, priuari: contra Paulum dicentes: Post secundum autem velum erat tabernaculum, quod vocant sancta sanctorum. Sic à Paulo Beza diffidet, qui uis fateatur Mosaicum tabernaculum fuisse manufactum. Censet enim coelos (quos cœlestis veritatis afficit nomine) sacrario Mosaico, id est, sanctis manu hominis factis, opponendos esse, vt manu facto aliquid non manufactum opponatur. Quibus opinionibus suæmétis cæcitaté detegit. Is enim iudicio nostra valere se offendit dicente, humanitate Christi, quæ plasma Dei est, non esse manufactam, vt eam manu facto Molis tabernaculo opponat: Nā humana caro contra Valentini sententiam, est opus manuum Dei, ad similitudinē Dei con-

Hebr. 9.

structum, teste Mose de Christo dicēte:
Sanctuariū tuū quod firmauerunt ma- *Exod. 5.*
nus tuę. Et patre Virginis dicēte: Manus *Psal. 118.*
tuę fecerunt me. Qui ergo Mosaico ta-
bernaculo Christi humanitatem op-
ponit, manu Dei factum opus oppo-
nit, manufacto hominis tabernaculo ac
sanctuario. Non maiori ratione Beza
nobis suggerit, *sacrario Mosaico cœlos op-*
poni oportere, ut cœlestis veritas exemplari-
bus terrenis per omnia respondeat. Nego c-
nim eos cœlos, eam cœlestem esse veri-
tatem, quam Moses suis figurabat san-
ctis sanctorum. Christus enim suo ipsius
testimonio, est veritas, & cœlestis, qui
ex cœlesti patre genitus est. Si ergo cœ-
li Beze in *j* sacrario Mosaico responde-
rent, falsum esset terrenis exemplaribus
cœlestē veritatem respōdere, eisque nō
manufactum opponi tabernaculū: cœli
enim tabernaculi nomine non intelli-
guntur. Rursus Beza, in cœlos ipsos, id
est, in beatæ illius & incōprehensæ bea-
titudinis æternam sedem Christum pe-
netrasse docet contra Paulum dicētem,
Introiuisse Christum in ipsum cœlum
non in cœlos, cuius sancta Mosaica fuiſ
se docet exemplaria. Qui alio loco de

DE POCVLO SANGVINIS

cœlis verba faciens, affirmat Christum,
cœlos omnes penetrasse, ac super om-
nes manere, sed et eq;. Nō ergo in cœlis
quos penetrauit *incōprehensa*, ut ar verbi
Bez̄, diuinitas cōprehenditur, vt ibi a-
ternā sedem habeat, sed in carne nostra,
quā Christi diuinitas affecit gloria, su-
que maiestatis thronū ac sedē, cœlūmque
ipsissimū à morte excitatā, quum portas
æternales introiuit Rex glorię. Beza au-
diat dicentē: In æternū verbum tuū per-
manet in cœlo: & consideret num æter-
nū esse debeat cœlū, in quo verbū Dei
permanet in æternū? Si ita habere co-
gnouerit, cœlos è suis eiiciat somniis:
ij enim, teste Petro, igne soluētur, sed in
carne Domini, maiestas Dei sedebit in
æternū, ac manebit. Caro ergo cœlum
ipsum est, Dei gloriæ sedes, uti scriptum
est: Cœlum mihi sedes est. Si ergo Bez̄
subscribamus dicenti, Dominū in æter-
nam sedem introiuisse, quum is in san-
cta cœlūmque ipsum introiuit, regem
gloriæ in se ipsum introiisse dicemus,
id est, à se, & per se, carnem nostram, ma-
iestatis diuinæ fecisse participem: sola
enim caro in gloriam introiisse, & ad
patris dexterā sedisse dicenda est. Nam

Pſal. n. 18.

2. Pet. 3.

Act. 7.

ADVERSUS CALVINOLO. 103
transitus sedisque motum, non patitur
Dei regis diuinitas. Quum ergo diuinæ
maiestatis sedem & oraculum, à cœlo-
rum corruptibilium natura, tāto inter-
vallo distare cognitum habeamus: cer-
tum est nullo modo cœlos, à sanctorum
sanctis [Mosaicis] fuisse figuratos, sed car-
nem Christi, diuinæ maiestatis sedem
æternam.

Meam hanc sententiam adiuuat Pau- Hebr. 9.
lus dicens, Arcam testamēti, in qua erāt
tabulæ, & super hanc Cherubin glorio-
si, obumbrantes propitiatorium: ea ta-
bernaculi parte concludi, cui sancta san-
ctorum nomen Paulus indidit, cui con-
trà, Beza cœlorum nomen imposuit.
Sed ex scripturis compertum habere
Beza potest, in cœlis eos thesauros non
recondi, verum in solo Christi corpore:
hoc enim nobis approbat paulus, quum
docet Christum, à Deo fuisse proposi- Ibidem.
tum, ut nostrum esset propitiatorium in
sanguine, ad declarandam nostram iu-
stitiam per remissionem præcedentium
peccatorum. At in Bezei cœli substanc-
tia, nostrum non inesse propitiatorium
cognoscimus: nam in Iesu Christi san-
guine, declarata fuit nostra iustitia.

DE POCVLO SANGVINIS
Quod Christus necessariò antè mortem crucis, nisi legem soluerit, in sancta
vera introiuerit.

CAPVT XVI.

AD nostræ sententiæ confirmationem Bezae utar authoritate. Huius hæc verba sunt. *Oportuit Pontificem Leuiticum sacrificia legis sanctaque Christo Pontifici, huius sacrificii veroque tabernaculo per omnia respondere. Quum ita habeat, queram ex Beza quo loco pontifex leuiticus, ex lege hostias pro peccato immolaret, vt per earum sanguinem in sancta introiret. Si prius tabernaculum nobis assignauerit, ex eo rursus sciscitabor, nū oportuerit, vt eo exemplo Christus ad arā prioris tabernaculi veri, se pro peccato sacrificaret: vt per proprium sanguinem, sed qui non esset manufactus, nec huius creationis, in sancta vera, ad inueniendam nostram redemptionem, introiret: atque exemplari pótificio respōsurus, sanctuarium, altareque verum aspersum sanguine, ab immunditiis nostris emundaret: mox populum huius aspersione sanguinis expiaturus, vt figurae veritas responderet. Si Beza hoc à*

Domino factum esse fateatur, quod legis implemento fuerit antequam scripturam consummaret obnoxius: quare rursus, num ergo id egerit ante quam ipsum ex legis iugo mors exemisset? Si in hanc opinionem descenderit, quare coenam ei mysterio non deputabit?

Quod Christus ante quam in sancta introiret, suos ex lege sanctificare non debuerit.

CAP VT XVII.

Christum necessariò legis expiations implere ac corrigere debuisse, his verbis Beza docuit: *Si sacrificia, quæ in sacerdotum tabernaculo fiebant quotidie, habuissent vim reconciliandi, quorsum opor tuisser solum pontificem, manete foris toto populo, in sancta sanctorum ingredi, ut solemni sanguinis aspersione se se ac totum populum expiaret?* Ex his Bezæ verbis apertū est, necessarium fuisse Leuitico pontifici in sancta introitum, antè quam populum sanctificare posset, quum ei per legem non liceret ante suum introitum, antè que sanguinis, per quem introibat, oblationem, sanctificationi populi operam

DE POCULO SANGVINIS
impendere. Credi ergo nō debet Christus suos prius sanctificasse, ac à peccatis abluisse, quàm in sancta per suū sanguinem introiuisset, atque dedicationis testamenti legem ceremoniāmque expleuisset. Nam Bezae iudicio, oportuit Christum pontificem Leuitico pontifici, sacrificia sacrificiis, tabernaculum tabernaculo, per omnia respondere. Eari ergo rerum implemento cœnæ tempus constituemus, qua in cœna suis familiaribus benedictionis, ac sanctificationis poculum Dominus propinavit. At authoritati Bezae tribuamus, vt sanctis sanctorum Mosaicis, nō Christi humilitas, sed cœli responderint: & dicamus Christum, vt legem nō solueret, in cœlos per suum sanguinē introiuisse. Quibus armis hanc opinionem propugnabimus? Nónne huc deturbabimur, vt voluntates ostendere Christum legem impluisse, inuiti tamen probemus ipsum, nihil minus fecisse? Nam quum ex Beza non alibi quàm in sanctis sanctorum offerri debuerit sanguis hostiæ pro peccato, nec ante huius oblationem Ecclesia sanctificari, aut testamētum dedicari potuerit: ante mortem nulla fuit remissio,

ADVERVS CALVINOLO. 105
sio, nullaque testamenti dedicatio: nam
in coena Caluini iudicio, testamenti san-
guis nec effusus, nec aspersus, nec pota-
tus est, nec huius poculum fuit testimo-
nium, signumque remissionis peccato-
rum factæ in potato sed in potando san-
guine: nōdum enim, ut docuit, mactata
fuerat hostia vera pro peccato, nec hu-
ius sanguis fuerat adhuc illatus & obla-
tus in sanctis.

Dicemus ergo nec in cœna nec in
cruce factam fuisse remissionem pecca-
torum: & errauisse Solomonem dicen-
tem, Sapiētiam, victimas suas immolas-
se, eisque Ecclesiam aluissé, quum in do-
mo sua parauit mensam suam: sed tunc
demum quum in sancta, id est, Bezæ, iu-
dicio, in cœlos ingressus est noster pon-
tifex à lege solutus: in quos tamen ex-
ceptum craterem aqua mixtum sanguinem
testamenti, non intulit, ut per eum
sanguinem non manufactum sanctita-
tis tabernaculū introiret in sancta, nec
verbo, & non manu Dei factum sanguinem
obtulit pro sua nostraque rogans
ignorantia, sed eum intulit quem ma-
nus Dei firmauerunt venis finitum, per
quem ad sancta Leuiticis pontificibus

DE POCOLO SANGVINIS

nunquam patuerat aditus, sed per eum solum, quem crater ab hostia fusum manu gestabat, qui & non erat manus Dei plasmatio: ex omnibus enim creaturis homo Dei, manu Dei factus fuisse legitur. Ostēdemus prēterea nostrum pontificem eo se nunquā aspersisse sanguine, quem in sancta poculo inferre debuerit, nec eius sanguinis aspersione suos expiass̄e, vt testamentum nouum dedicaret, postea quām ex sanctis, id est, è cœlis se ad suos, patrum more, retulisset. Nōnne ergo ea parte rationēque, hunc fuisse legis corruptorem meritò dicemus, cūmque nō esse filiū Dei, qui veteris testamenti figurās non impluerit, cōtra verbum Domini, Oportuit impleri de me quæ scripta sunt in lege, psalmis, & prophetis?

Luc. 24.

Quòd si Bezae indulgeremus, Christū sein cœlis sacerdorū vice, aspersione sanguinis post huius oblationē ibi factam sacerdificasse: ac dicerem⁹ hūc poulō post ex interiori egressum esse tabernaculo, id est, è cœlis, vt eiusdem sanguinis aspersione foris expectantem populum, ad noui testamenti dedicationem expiaret, vtrī Beza ad exemplum leuiticum

ADVERSUS CALVINOLO. 106
docuit esse faciendum, nonne in demé-
tiæ suspicionem incideremus?

*Christum, quum in cruce pendebat, in
sancta non introiuisse.*

CAPVT XVIII.

Ed si Beza, vt tantæ cæcitatibus suspi-
cionem effugiat, dicere recuset, Chri-
stum, è cœlis egressum esse, vt populum
asperzione sanguinis sanctificaret, post-
quam sese ibi sanctificasset, quid tempo-
ris nobis cōstituet, quò discamus illum
expiationibus incubuisse, atque pro no-
stra ignorantia rogasse? hoc enim, vt in-
quit Apostolus, fecit semel, idq; in die-
bus carnis, se offerēdo, & pro sua reuerē-
tia exauditus est. Si crucem nobis desi-
gnauerit, respōdebo Christūibi maledi-
ctū fuisse, atq; holocaustū, vt nos à ma-
ledictione redimeret, & ita personā pō-
tificis nō gessisse, cuius & nō holocausti,
erat sanguine populū sanctificare, preci-
būsque Deum prosequi. Pr̄terea si quū
agebat animam, in sancta introiuit, in
ea falso dicitur introiuisse, quum in cœ-
los ascendit. Denique, si tum in sancta
ipsum introiuisse crediderimus, quum

Hebr. 5.

O ij

Att. I.

DE POCVLO SANGVINIS
in ligno pendebat, vel quum in cœlos
ascendit, vel quum ab Apostolorum o-
culis illum suscepit nubes, vt Lucæ ver-
bis vt ar:huc reuoluemur, vt ostēdamus
Bezam fallaciter docuisse Christum pō-
tificem, Leuitico pontifici , sacrificium
sacrificio , tabernaculum tabernaculo,
respondisse: vt alias sit filius Dei expe-
ctandus qui legem impleat.

*Christum se pro peccato apud suos in causa
necessariò sacrificasse.*

CAPVT XIX.

VEruntamē, si Dominicum pro pec-
cato sacrificium, Leuitico sacrificio
respondisse Bezē credimus , & necessa-
riò Leuiticos pontifices in priori taber-
naculo, pro peccato sacrificasse, & non
sub dio, vt Beza docuit: quid obstat
quo minus credamus Christum, se tūc
in priore tabernaculo , id est , vt Beza
verbis utar , *in sacerdotum tabernaculo fa-*
cificasse, quum Apostolos fecit corpo-
ris & sanguinis sui, id est, sacrificij paſca-
tisque nostri participes, dicens: Hoc est
corpus meum , quod pro vobis datur?
eos enim non fecit sui non sacrificati

ADVERSVS CALVINOLO. 107
corporis participes : hac lege tamen, vt
de sacrificio verè participarēt, nec mē-
sa nostra, mensa Domini, vel noui testa-
menti dicenda est, sed Mosis, & veteris
testamenti: nisi veram veritatis victimā
ministrauerit & exhibuerit, quam Cal-
vino teste Mosis mensa patribus in figu-
ra exhibebat in hostiis, hostiam veram
figurantibus, in priori tabernaculo verū
tabernaculum adumbrante. Nam, Beza
teste, prius tabernaculum, in quo sacer-
dotes sacrificabant, Moses extruxerat,
vt Christum doceret in vero priori ta-
bernaculo pro peccato sacrificaturum.
Christus ergo, si vmbrae respondit ve-
ritas, in Ecclesia, id est, priori taberna-
culo hostias pro peccato mactauit, &
Eucharistia, id est, Missa nostra sacrifi-
cium est propiciatorium corpus Chri-
sti, quum in ea fit quod fecit Domi-
nus.

*Si in priore tabernaculo habitaret natu-
raliter diuinitas, falsum esset in
eo se Christum sacrificasse.*

CAPVT XX.

Quod si Beza dicenti mihi non con-
tradicat, in priori tabernaculo do-
O iii

DE POCVLO SANGVINIS

minum se sacrificasse, doceréque perse-
ueret prius tabernaculum, à sacerdotum
tabernaculo nulla re distare: quo scuto
suam hanc sequentem assertionem pro-
teget? Is profitetur se ad doctissimi in-
terpretis sui sententiā accedere docen-
tis, Tabernaculum prius, humana Chri-
sti natura consistere, in qua diuinitatis
plenitudo naturaliter inhabitat. Si-
amen ita hoc ~~se~~ habere fateamur, Beza
impugnabimus docentem, Tabernacu-
lum prius, sacerdotum esse tabernacu-
lum: nam in sacerdotum priorēque ta-
bernaculo, id est, in carne, quae parti-
catione sancta est, non habitat plenitu-
do diuinitatis naturaliter, sed in solis
sanctis sanctorū, à quibus suprà demon-
stratum est, tantum distare sancta, quā-
tum inter eum qui natura sanctus est, &
eum qui est participatione sanctus, in-
teresse potest. Ea ergo autoritate Beza
propugnare non poterimus dicentem,
Dominū, in priore (Vt Beza intelligit)
tabernaculo se sacrificasse: Sed nec eū
esse Dei filium dicere poterimus, nisi se
in priori tabernaculo sacrificauerit: fuis-
set enim nefas in sanctis sanctorum bru-
ta sacrificare, quanuis isthuc hostiarum

ADVERSVS CALVINO LO. 108
sanguis inferretur ac spargeretur, sed in
sanctis, id est, in priori tabernaculo, fie-
bant sacrificia.

*Si in cruce pro peccato sacrificatum est, falso
dici Christum in priore taberna-
culo se sacrificasse.*

CAPVT XXI.

ALIO loco Beza quasi docere pugná-
tia videatur, dicit Christum, se in
cruce, & in carne sua sacrificasse. Nam
si se in cruce sacrificauit, negatur in sa-
cerdotum tabernaculo se sacrificasse:
prius enim tabernaculum in lege non
crucem, sed humanitatem Christi, teste
Beza, figurabat. Præterea si se in cruce
pro peccato sacrificauit, sub dio, & non
ad altare suffitibus destinatum sacrificá-
uit, contra legem: non enim subdio suf-
fitum aut incensum pôtifici licebat ad-
hibere, aut hostiam immolare pro pec-
cato. Denique si Christum se in cruce
sacrificasse Bezæ tribuamus, credere o-
portebit eum se quoque interfecisse.

Qui dicit Deum se in carne sua sacrificasse, per inde esse ac si diceret, Deum carnem suam sacrificasse.

CAPVT XXII.

D Enique, dicat Beza quid docere velit dicens: *Deum se in carne sua, & in cruce sacrificasse*: nonne perinde est ac si dicat Deum carnem suam in cruce sacrificasse, vt crux locus fuerit in quo Christus se sacrificauerit & non caro, quæ sacrificata est? nam caro locus esse non potuit sacrificio destinatus, simul & res in loco sacrificata: si ergo caro res ipsa sit sacrificij, quo modo pro loco, ubi sacrificia peragebantur, à Beza sumi potest? Quòd si dicat à se non ita intellegi, vt caro pro loco sacrificij sumi debeat, id est, pro sacerdotum tabernaculo, sed pro substantia in cruce sacrificata, probet Christum sibi citra peccatum manus attulisse, siveque ibi maestasse, & carnificinam fecisse: hoc enim est hominum perditorum opus: Non inquit, fodi, sed foderunt manus meas.

ADVERVS CALVINOLO. 109
Christus quum in sancta introiuit, Deus
fuit sanctificans & homo
sanctificatus.

CAPVT XXIII.

Dei sapientia Iesu Christus, quum in carne domoque sua se obtulisse ac mysticè mactasse dicitur, animo comprehendi debet duas personas gessisse, personam puta Dei sanctificatis, & peccatoris sanctificati: item pontificis mantantis, & hostiæ mactatæ. Nam in Ecclesiæ persona, id est, in sanctis prioréq; tabernaculo existens Christus, humanitatem nostram obtulit, qualem ab initio plasmationis extitisse compertum habuimus: cuius caput est Christus ut pontifex, & cuius pontificis caput est Deus. Tumque nulla dubitatione sui ipsius fuit pontifex & hostia: is enim se pro nobis dando deo patri, se ipsum voluntate tenus occidit, & proprium sanguinem bibens, hunc in sancta sanctorum intulit pontificis nomine, ut in nos eam suam sanctitatem deriuaret.

Eam ergo noster pottifex mysticè manauit carnem in sua coena, quæ nostris iniquitatibus & infirmitatibus erat affe-

DE POCVLO SANGVINIS

cta, quævē plasma Dei est obnoxiū paſſioni, eāque ipsam sanctificauit per ean-
dēmet naturam, sed quæ perverbum, &
non manu Dei facta erat, sub eius natu-
ræ accidentibus, quæ nec erat nostris
obnoxia infirmitatibus, nec humani san-
guinis habet similitudinem. Qua in re-
diuinitatem suam naturalem, cum hu-
manitate coniunctam ostēdit Christus,
ſequē Deum esse sanctificantem, & ho-
minem sanctificatum, sancta sanctorum
& sanctum, hostiam & pontificem, offe-
rentem & oblatum. Verbi gratia, in no-
stra eiūſque Matris carne, se sanctum ei-
ſe participatione demōſtrauit, in ſequē
etiam sanctum naturaliter & sanctifi-
cantem. Quum igitur Bezae doctissimus
interpres totum verum tabernaculum
humanitate Christi diffiniuit, non erra-
uit, sed humanitatem ab humanitate di-
ſtinguere debuit, vt inferior pars huius,
hoc velo à superiori discernatur, quod
sancta sit & sanctificata: superior autem
non sancta ſolum, sed sancta sanctorum
& sanctificatrix.

ADVERSUS CALVINOLO. NO
Christum non quatenus est sanctum sancto-
rum, sed quatenus homo est sanctus
se occidendum obtulisse.

C A P V T X X I I I .

IN hoc ergo sancta sanctorum taber-
naculo, dei sapiētia victimas suas ma-
tasse dici non debet, sed in sanctis, id
est, in ea carne quam habet cum Eccle-
sia communem. Qui enim diceret, Deū
se in sanctorum sanctis obtulisse, aut ma-
tasse, nihil aliud significaret quam
Deum suam diuinitatem sancta sancto-
rum immolasse. Nam quum passim le-
gimus, Deum in nostra regnare car-
ne, vel in nobis ad dexteram patris se-
dere, intelligimus nostræ carnis na-
turam, in Christo Deo & per ipsum,
esse gloria præditam, in eaque rerum o-
mnium potestatem, Deum Christum
habere, cāmque gloriæ Dei in ipso esse
comparticipem, diuino propter passio-
nem beneficio, vt in nos quoque gloria
eius redundet. Sic, quum Dei sapien-
tia, Christus noster, in domo sua, prio-
rius tabernaculo se obtulisse ac ma-
tasse dicitur, nō intelligi debet, se qua-
tenus, Deus est immortalis, occidēdūm
in nostra carne obtulisse, vt in nostra

DE POCVLO SANGVINIS
carne, velut in loco, mortem obiuerit
diuinitas: sed ad nostrā carnem, in qua
sedet manētque ipsa diuinitas, hoc re-
ferri debet atque intelligi: quasi dicere-
mus carnē nostrā in Christo esse deo o-
blatam, mortuam & sepultam, propter
cius carnis cum nostra indentitatem.
Tametsi ergo Dei sapientia, se in cruce
obtulisse eatus dici posset, quod hu-
ius voluntate ibi pateretur: non tamen
se sacrificasse mactassēque dici potest,
quanuis in cœna eum sese mactasse di-
xerit Solomon. Nam perditorum ho-
num, & non sapientiæ opus est, cruenta
in cruce mactatio. Christus ergo in cœ-
na pro peccato se sacrificasse dicendus
est, & non in cruce, vbi voluntariam o-
blationem consummarūt confeccores,

*Deum nostram in se carnem sanctificasse,
ut in nos redundans sanctitas, carnem
nostram mortuam vivificaret.*

CAPVT XXXV.

Qui opponet, carnem nostrā, quum
verbum caro factum est, vnione
diuinitatis fuisse sanctificatam: quor-
um ergo in cœna denuo sanctificatam

A D V E R S V S C A L V I N O L O . III
contendimus? Respōdeo, multis de cau-
sis hoc factū esse, quarū hæc nō postre-
mū locum obtainere mihi visa est, Quòd
non propter se , sed propter nostram
salutem à Patre missus , & incarnatus est
Dominus: sic vt ipsi in se non profuerit
carnis nostrę sanctificatio, quæ nec etiā
erat in nobis profutura, nisi viam inue-
nisset Dominus, qua propriam ac natu-
ralem sanctitatē in nos deriuaret. Quā-
uis enim in ipso apud Deum sancta , vi-
uēnsque fuisset humanitas, hæc tamē in
nobis propter nostrum peccatum erat
certò peritura. Exéplo familiari de hoc
potes erudiri. Qum patrem aliquem
morbus vitiúmque corporis tenet ac
cruciat, tametsi eiusdem cum eo carnis
sunt eius liberi: ad eos tamen non attin-
git carnis cruciatus : In eo ergo vna ip-
saquemet torquetur caro , quæ in eius
valet liberis. Sic in nobis erat interitura
caro propter nostrum peccatum , quæ
erat in Christo regnatura . Quamobré,
naturam carnis in nobis quoque sancti-
ficari oportuit, & diuinæ naturæ cōfor-
tem effici, vt æternitate Dei frui possit:
quemadmodum in Christo incarnari
diuinitatem oportuit, vt homo factus ,

DE POCVLO SANGVINIS

nostris infirmitatibus afficeretur, quas per suā diuinitatem, in ipso, nostra vin-
ceret humanitas. Diuinæ verò naturæ
consors effici nostra in nobis caro non
poterat, nisi hanc diuinitas sic assume-
ret, vt̄ verbum in cōceptione ipsam af-
sumperat. Ut ergo quum vellemus in
diuinitatem introire, possemus, & in ip-
sum Deum transfire, Diique effici, Deus
noster carnem nostram, relinquens mū-
dum, intulit in sancta sanctorū per suū
sanguinē, verbo in sancto spiritu crea-
tum: non secus, ac mundum ingrediēs,
suam diuinitatem in carnem nostram
intulerat, eo exemplo ac ministerio ad
sanctorum introitum viam nobis anti-
cipans ac aperiens.

Sed quoniam naturam nostram pur-
gari oportuit, vt̄ hæc in sancta posset in-
tromitti: (nam per peccatum ex priori-
bus sanctis exciderat) hanc integratati
primitiæ restituendam curauit Domi-
nus ea similitudine, qua ceciderat. Quē
admodum enim per inobedientiam, vi-
tium plasma Dei contraxerat, decreti-
que mortis reum se constituerat: Deus
pro nobis incarnatus, factus est pro no-
bis obediēs usque ad mortem, culpám-

que nostrę carnis præstare voluit morte
propria, vt ita huic maledicto, Morte
morieris, satisfaceret iustus pro iniustis:
in qua voluntate carnem in se nostram
sanctificasse creditur, per sui corporis
oblationem. Simul eum poculo sanguine
nem excepit, quem voluntate pro no-
bis coram Patre fundebat, nobisque di-
stribuit: vt huius potati ignis ac spiritus,
nostræ carnis vitium absumeret, nosque
ea via cum eius corpore coniungeret: vt
cum eo facti concorporales, oblationis
eius, sanctificationis, iustitiæ, & redem-
ptionis fieremus comparticipes: vt per
eius carnem, quæ participatione nostra
efficitur, in eo nos oblati, in eo quoque,
in sancta sanctorum introitum inueni-
remus. In eius ergo sancta carne, quæ
prius tabernaculum est, nobis oblatis,
vel, vt propriùs eloquar, nostrę carnis fa-
cta in eius carne oblatione, is per suum
sanguinem in sancta introiuit, id est, per
naturalem suam sanctitatem se nostro
nomine sanctificauit, diuinèque naturæ
confortem fecit: vt post mortem, vi na-
turalis sanctitatis in nostra carne, per
Dei carnem inhabitatis, in gloriam re-
surgeremus: non enim sufficiebat carnē

DE POCVLO SANGVINIS
nostram à peccato purgari atque integratī primitiæ restitui, nisi in sancta sanctorum introiuisset, & naturalis sanctitatis per sanguinis ac corporis communicationem consors effecta esset, ut resurgeret aliquando mortua quamuis enim plasma ante peccatum fuerit sanctum, quia tamen nondū in se habebat naturam vitæ corporaliter manentem, nō erat resurgendi facultate præditum, ut per eam à mortuis excitaretur.

*E priori tabernaculo in ulterius ac sanctius
eis immigrandum, qui ad gloriam
resurrecturi sunt.*

C A P V T X X V I .

ERGO plasma Dei, prius fuit sanctissimum visibile tabernaculum, vitam tamen resurrectionis vitæque minimè prædictum, ut hoc mortuum posset à se resurgere. Quam obrem, ex eo nos in ulterius ac inuisibile penetrare oportuit, ut huius virtute vique naturali, à mortuis excitemur. At quoniam plasmati suæ naturæ præsidio ac viribus, ad ea sanctorum sancta non patebat aditus, ei oportuit ad ea ostium à Deo referari. Quam obrem

obrem Deus noster & æternus pontifex, ad sanctitatem suam naturalem adiutum nobis dedit, viamque fecit per carnem suam potato à se sanguine sanctificatam, cū qua nos huius manducatione, sanguinisque potu facti participes, vnumque naturali sanctitate efficemur, in eamque transiremus carnem ac naturam, quæ in se diuinitatis plenitudinem habet insitam, vt ea via ratione que Dij efficiamur, & filij excelsi omnes: quod Patribus non fuit cognitum ac concessum, quicquid garriat Calvinus. Hoc ergo Eucharistiæ debemus, quod huius sumptione in deum transamus, caroque nostra morti & corruptioni destinata, ab eo cibo, resurrectionis & vitæ semen accipiat, vt in terram projecta, in eaque resoluta, suo tempore in gloriam resurgat: quo beneficio nullum maius post mundi creationem accipere potuit plasma Dei. Qui enim eo cibo cum filiis Ecclesiæ non pascitur, eum spe vitæ excidere necesse est. Quod malū Caluinēses omnes manere certum est, qui veritatē Eucharistiæ, ad figuram commentis suis detrahere tata animi contentionē laboreq; cōnitūtur.

DE POCULO SANGVINIS
Si Christus non in cœna, sed in cruce se sacerdotificauit, hunc modis omnibus in legem commisisse.

CAPVT XXVII.

AT Bezae concedamus, Christum secundum in cruce, & non in sanctorum congregacione, pro peccato sacrificasse. Dicit autem quis eius iudicio pôtifex hostia sanguinem exceptit poculo, ut hunc in sancta deferret, ac eius aspersione se suosque sanctificaret, ac testamentum nouum obsignaret, dicens: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis in remissionē peccatorū effunditur?

Luc. 22.

Heb. 9.

Nam, teste Paulo, absque sanguinis eam in re effusione, fieri non potuit testamenti dedicatio: qui Paulus ab aspersi sanguinis collatione nos urget, ut de noui testamenti confirmatione decernamus. Præterea, doceat Beza quo loco Christus fuerit in holocaustū adūstus, si is in cruce fuerit pro peccato sacrificatus? non enim eodem loco hæc duo sacrificia ex lege peragi potuerunt. Exponat qua in familia verum pascha fecerit, ac manducauerit Dominus ad Patrem ex hac Ægypto hora facta transiturus? exponat

ADVERVS CALVINOLO. 114
vbi salutis lāudisque sacrificia expleta
sint? In cruce, inquit. Ergo, inquā, suis il-
ludit Mystes Beza, docens, Christum pō-
tificem, Leuitico pōtifici, sacrificia sacrificiis,
tabernacula tabernaculis per omnia respon-
disse. Nam authore Paulo, post in sancta
sanguinis illationem, animalium cor-
pora, quorum sanguis fuerat illatus pro
peccato, extra castra cremari oportuit:
quæ quidem corpora, ante sanguinis il-
lationem, populique sanctificationem,
in sacerdotum tabernaculo immolata
fuerat. Quo exemplo Christus, post suā
immolationem, populique sanctifica-
tionem, extra portam pati debuit, si ve-
ritas vlo modo figuræ respōderit. Præ-
terea, non solūm his in rebus responde-
re veritatem debuisse palam est, si per
omnia, vt̄i Beza docet, responderit: sed
hac etiam re, quod populi vasorumque
asperzionibus, & hirci emissioni, holo-
caustum succedere debuerit: hoc enim
legis institutum exigebat: Quando ergo
Christum per hominem Pilatum extra
portam emissum cognoscemus, nū ante
populi sanctificationem ac testamenti
dedicationem, & in sancta sanguinis il-
lationem ac oblationem, vt nulla in re

DE POCVLO SANGVINIS
figuræ veritas responderit?

*Vbi Christus holocausti vicem subi-
uerit vbi & in hostiam pro pec-
cato fuerit immolatus.*

CAPVT XXIII.

Christum super crucem, holocausti vicem subiisse, hoc testimonio verasti Ecclesiæ scriptores docuere: quod is instar Isaac lignum baiulauerit, spinisque fuerit coronatus, vt arieti capite ad spinas adhaerenti responderet, ac holocaustum fieret. An ergo eodem temporis momento, loco, operaque, sacrificij pro peccato, & holocausti contra legem fuerit munus exequutus? Hoc sanè qui dixerit, negabit eum esse filium Dei, qui non venerit legem implere, sed soluere. Nam ut supra demonstratum est, ex lege sacrificium pro peccato antecedebat holocausto, et temporis spatio, quo pontifex sanctificationibus operam dabat, testamentumque dedicabat.

Si ergo Beza, ne Dominum in legem commisisse suadeat, hunc fateatur non perturbatè aut confusè, mysticarum re-

AD' VERSVS CALVINOLO. 115
rum studio incubuisse, sed tempestiuè
suóque quásque ordine disposuisse: ta-
men ne Beza Missam esse sacrificium
nobis assentiatur, obstinatè dicere in-
stiterit, Christum, *in tenebrarum potestate*
super crucem se pro peccato sacrificasse: dicat
quo pòst tempore adustum sit holocau-
stum, vt suum ordinem, legē, naturam,
ac conditionem retineret.

*Ante mortem pontificis Christi, oportuisse
Ecclesiam à peccatis effuso san-
guine lauari.*

CAPVT XXIX.

OStendimus Leuitico pontifici non
licuisse, priusquam is oblato in san-
ctis sanguine populum vasaque mini-
sterij sanctificasset, vt holocausti sacri-
ficio manum admoueret: quod & Beza
docet in exemplum à Mose fuisse insti-
tutum. Cur ergo inficiaremur Christum
suos ante mortem, eius effuso sanguine
sanctificasse? Sed Beze donemus, in cru-
ce non holocaustum, sed pro peccato
sacrificium factum fuisse. Quādo intel-
ligemus manu pontificis Ecclesiam la-
uatam sanguine, ad testamenti dedica-

DE POCYLO SANGVINIS
tionem, ut veritas figuræ respōderit? An
in cruce? At, vt̄ diximus, in sancta san-
guinem inferri oportuit, antequā exem-
plaribus lauandis ac expiandis ponti-
fex incumberet. Debuit ergo dominus,
nisi in cœna id fecerit, post mortē hoc
exequi. Sed viri mortui nullæ sunt am-
plius actiones: non ergo suis lauandis
Christus mortuus operam impendisset.

*Non potuisse Apostolos absentes, fide, à Chri-
sto in cruce profuso sanguine lauari.*

CAPVT XXX.

AT, inquit Caluinus & Beza, doc-
mus ac credimus ad nostrū sanguinis la-
uacrum, manus impositionem non esse nece-
sariam: ideoque pontificis ministerium respui-
mus: sed in earum rerū vicem, opus fidei sug-
gerimus qua in re figuræ veritatem non re-
spondere confitemur. Ergo inquam, his in-
rebus filius Dei fuisse Christus est ne-
gandus, qui legem soluerit. Præterea, si
per fidem solo spiritu, & non etiam in
veritate, lauata contra exemplaria super
crucem fuere cœlestia, non interiecta
manus impositione: necesse est cœlestes
Apostolos in mortis meritum ac resur-

ADVERSVS CALVINOLO. 116
rectionis gloriā credidisse ac sperauif-
se: alioqui eos minimē lauatos. Sed Pe-
trus nullam ea de re fidem habuisse do- *Ioan. 18.*
cuit, quum gladio ad propulsandam in-
iuriam v̄sus est, nolēs, vt Christus quem *Ioan. 14.*
ip̄i calicē dederat Pater, biberet. Hoc
etiam probauit Thomas, Domino sub- *Ioan. 20.*
obscure de morte sua differenti, dicens:
Neque quō vadis scimus, neque viam
scimus. Eos item de resurrectione nul-
lam spem vel opinionem habuisse Ioan-
nes testificatus est, dicens: Nesciebant
enim scripturam, quia oporteret eum à
mortuis resurgere. Eis ergo nullum fuit
per fidem spiritus lauacrum.

*Si fide lauati fuerunt Apostoli, eorum
lauacrum Patrum lauacro non
excelluisse.*

CAPVT XXXI.

Ed si per fidem absque salutiferi san-
guinis attactu corporeo, eos lauatos
fuisse cōcedem⁹, qua in re hoc lauacrū,
Patrum lauacro excelluisse cognosce-
mus? Hostiarū mactatione, ob Patrum
oculos sanguis effundebatur, iisque, si
Caluino Bezaeque credimus, *Christum*
P iiiij

DE FOCVLO SANGVINIS
pro ipsis moriturum amplexabantur, ac ideo
lauabatur. Quid ergo amplius aut melius
Apostolis attulit nouum testamentum?
Veruntamen, Paulus contra eam opi-
nionem approbat, non per fidem sed
per oblationem, aspersique sanguinis
corpoream maculam, Patres ad emun-
dationem carnis fuisse sanctifica-
tos, eosque non aliter quam per corpo-
ream aspersionem sanctificari potuisse.
Si ergo Caluini Bezeque iudicio, Apo-
stolis cum Patribus fuit lauaci ratio
communis, Apostolorum conscientia
ab operibus mortuis emundari non po-
tuerunt, absque sanguinis aspersione. Si,
Ibidem. inquit Paulus, hircorum ac vitulorum
sanguis inquinatos sanctificat, ad emun-
dationem carnis, quanto magis sanguis
Christi emundabit conscientiam no-
stram? Aspersus, inquit Paulus, sanguis
inquinatos sanctificat. Ergo effusus &
non aspersus non sanctificat. Igitur san-
guis, qui super crucem mactatione Chri-
sti fusus est, sed non aspersus a pontifice,
tunc Apostolos non sanctificauit, sed
quum ipsis poculo bibendum eum de-
dit veri minister tabernaculi, Dominus
noster & pontifex: aspersi enim manu

ADVERSVS CALVINOLo. 117
pontificis, in lege, ad non aspersum, nul-
la ratio esse potest. Addo aspersum fuif-
se sanguinem ex lege manu pontificis
in Ecclesia, vt necessitatem functionis
Pontificiae in nouo testamento signifi-
caret. Nō ergo ad Apostolorum expia-
tionem & lauacrū, suffecit Christi mors
cū violenta sanguinis effusione, neque
qualem qualem fidem habeamus, con-
sequemur peccatorum remissionē, car-
nisque Dei participationem, citra laua-
crum sanguinis per Eucharistiæ sum-
ptionem, nisi ab ea re necessarium im-
pedimentum nos arceret: quo casu per
Christi legatū se, nostro nomine sancti-
ficantem, in sanctorum communione
sanctificaremur: non secus ac Christus
se in cœna pro eis in veritate & spiritu
sanctificauit, qui ante sacramenti sum-
ptionem ac institutionem, in umbra &
spiritu se sanctificauerant.

*Non profuisse sanguinis lauacrum secun-
dum lege, nisi iam sanguis in sancta
fuisse illatus & oblatus.*

AT donemus lauatos , quid illa prouisisset lauatio , nisi antea fuisset illatus in sancta sanguis? quod Beza necessariò faciendum fuisse toto suo commentario concionatur, vt se ipsum pontifex in sanctis , deinde populum foris expectātem, vasāque ministerij sanctificaret, ante hirci emissionem, & holocausti oblationem, hostiarūmque pro peccato incendiū. Hinc ergo docemur Apostolorū expiationem, reiici in sanctorum introitum, id est, in cœlos operuisse , vt eo loco Dōminus sanctificationum legi satisfaceret , ac deinde ex eo excedens , dedicationi sui testamenti, per Ecclesiæ sanctificationem, manū admoueret, ante quām holocausti incēdio operam daret. Hoc si Bezæ minimè probādum videatur, enuntiet quo modo pontifex pontifici, sacrificia sacrificiis, tabernacula tabernaculis , per omnia responderint, vt Iesus filius Dei fuisse probari possit.

*Dici non posse pontificem effusi merito
sanguinis in sancta introiuisse.*

Quoniam, inquit, in cruce passus est, effuditque sanguinem, huius effusi merito in cœlos ascendens, dicitur in sancta introiuisse: Et quoniam resurgens à mortuis, quæ confessores sanguinem effuderant, Dominus resumpsit, & resumptum in cœlos intulit, effusum resumptumque per sanguinem dicitur in sancta introiuisse. At aduersus eam opinionem scriptum est: Oportuit Christū pati, & sic in gloriam introire. Quum vero in gloriā introiuit, eo in ipso introiit gloria, sed nō sanctitate cœpit esse præditus. Si enim ante supplicium diuinitas carnem affecisset gloria, passioni mortique huius caro non fuisset obnoxia: nō autem sanctus esse cœpit, quum gloriam indutus est: erat enim sanctus ab initio: falsum est ergo illū effusi merito sanguinis in sancta introiuisse, quāuis huius merito in gloriam introiuisse dici possit. In mentem Beze venire debuit, sanctum ac sanctissimum pati potuisse, quamuis à passione illum gloria protexisset. Qui diceret carnē Christi, merito passionis in cœlum ipsum introiuisse, id est, cœlestem factam, vt nunc

Luc. 24.

DE POCVL O SANGVINIS

vultui Dei, in cœlesti nostra carne pro nobis passus appareat, ei non refrager: nam ita habere ex diuino Paulo dico, vt spe nos ad æternitatis gloriam Deus inuitaret, cernentes carnem hanc nostram, iam in Christo Deo confidere in cœlestibus : & maceriam , quæ nos à cœlestibus excludebat, Christi passione dissipatam. Didici quoque Christum futurorum honorū assistentem pótificem, in sancta ad redemptionem nobis inueniēdam semel introiuisse , eumq; parta redēptione iam, factum instantium bonorum pontificem, in ipsum cœlum ad inueniendam nobis gloriam , passionis merito semel introiuisse. Non me later insuper, sanctitatis, cœli ipsius, & gloriæ vnam esse naturam ac essentiam, sed ipsam esse effectuū diuersitate distingue dam, scripturarum qui studio delectantur , mihi afferenti non repugnabunt: vt fateantur sanctitatis gratiam , à gloria secernēdam esse, & sanctum à glorioso.

*Verba de sanctorum introitu facientem,
oportere ab hostia pontificem
distingere.*

A Diungam in Paulinæ sententiaæ ex-
amine, hostiam à pontifice hac me
consideratione separare, quòd pontifex
in cruce , quatenus est pontifex, non e-
misit sanguinem , sed quatenus hostiæ
ac peccatoris personam substinebat. Si
ergo hostia Christus , effusi merito san-
guinis in sancta introiuit, non pontifex,
sed hostia, contra Paulum, per suum san-
guinē in sancta introiuisse dicitur. Chri-
stus , inquit, futurorum bonorum assi- Hebr. 9.
stens pontifex, in sancta introiuit. Si er-
go vt pontifex introiuit, hostiæ , vt ho-
stiæ ei negatur introitus. Præterea , po-
culo exceptum hostiæ sanguinem ma-
nu gestabat pōtífex, & per eum sanguí-
nem introibat: quumque co se asperge-
bat sanguine , sanctificabatur eius caro
pariter & sanguis venis finitus , vt aperi-
tius ab hostiæ passione, agentis pontifi-
cis ministerium secerni posset, & sancti-
ficato à sanguine distingui sanguis san-
ctificans. Qui ergo per effusum, nō ma-
nu factum sanguinē, in sancta pontifici
aditum patuisse Paulo crediderit, nega-
bit pontificem, per latenter venis san-

DE POCVLO SANGVINIS

guinem introiuisse: is enim manu Dei
factus esse minimè negari potest: Hoc
præterea animaduertendum est, hostia
per passionem in gloriam introiuisse,
quam ad rem ministerium pontificium
non intercessit, sed hominum perditio-
rū scelus ac feritas. At necessariò ad san-
ctificationem conferēdam munus fun-
ctionēmque pontificiā accedere opor-
tebat: non enim absque pontifica sан-
guinis aspersione, exemplarium fieri po-
tuisset sanctificatio, testamentique de-
dicatio. Præterea, quem Christus humi-
fusum resumpsit sanguinem, resumpfit,
ut hostia, ex qua is effluxerat. Eo ergo
nomine & non pontificis, in cœlos ascé-
disse docetur, & sanguinē intulisse, qui
contra Paulum manu factus est. Deni-
que, si postea quām fuit à lege iustifica-
tus, legis implemēto studuerit, ut rei ne-
cessariæ, falsò nobis Paulus pronuntia-
uit, nos non esse sub lege, sed sub gratia:
si enim post mortem Christus legi de-
bitor esse non desinit, ex legis iugo exis-
ti non potuimus.

*Bezæ cum Paulo de Christi in san-
cta introitu non conuenire.*

QVid autem de sanguinis illati quēstione animum nostrum fatigemus, quum alio loco Beza non per sanguinem, sed per corpus, contra Paulum dicat in sancta Christū introiuisse: Hæc illius sunt verba. Prorsus assentior interpreti doctissimo, qui tabernaculi appellatione intelligit Christi Dei naturam humanam, eadē prorsus ratione, qua comparatur etiam cum Velo. Sicut enim oportuit pontificem Leuiticum ingredi in tabernaculum prius, quod sacerdotum dicebatur, & ibi in altari suffitibus destinato quotannis solennem victimam mactare, ac ita demū in sacrarium, ubi erat maiestatis Dei symbolum, introire: uta oportuit filium illum Dei, ut veri pontificis partibus fungeretur, in humanam naturam ingredi, in qua non ut hospes, sed ut ciuis, nec virtute sola, sed corporaliter habitans, post quam se ipsum sanctificasset, sacrificium perageret; ac tandem cœlos ingrederetur. Itaque per corpus suum Christus sanctificatus, per corpus in cœlum iter fecit, & per illud in cœlis nunc intercedit.

His nouis ac inauditis dicendi tropis, nouum scripturæ intellectū Beza se esse

DE POCVLO SANGVINIS

assequutum demōstrauit. Hoc vt intel-
ligamus, diligenti animi attētione pro-
sequamur. *Vnigenitus*, inquit, *Deus ad L-
uitici pontificis exemplar in tabernaculum
prius, id est, in humanam naturam semel in-
troiuit: per eam se sanctificauit, per eam pa-
sus est, per eam in cœlos ascendit, per eam pro-
nobis intercedit.* Omnis comparatio asser-
mitur, vt id de quo agitur, secundū pro-
positum exemplum assequamur. Videau-
mus ergo an cum exemplo à Beza pro-
posito, Christi in sancta introitus con-
uenire possit?

Leuiticus pontifex in prius taberna-
culum quotidie introibat: itāne Dei fi-
lius in humanam naturam ingredieba-
tur quotidie?

Itē, in priori tabernaculo semel quo-
tan nis hostiam pro peccato pontifex
sacrificabat: idne fiebat vt indicio esset
Christum, in priori tabernaculo nur-
quam sacrificaturum, sed sub dio con-
tra legem?

Leuiticus pontifex, teste Paulo, ex
ulteriore tabernaculo in interius ac san-
ctius per sanguinem hostiæ pro pecca-
to, in priore tabernaculo mactatae, in-
troibat, eiūsq; sanguinis aspersione car-
nem

ADVERSVS CALVINOL. 121
nem sanguinemque suum vénis finitum
expiabat: idne signo esse potuit, Chri-
stum, nō ex priore tabernaculo in inte-
rius, sed per prius in interius initurum,
ibique non se sanctificaturum per ho-
stiæ sanguinem, sed per idem prius ta-
bernaculum?

Præterea Deus vnigenitus; authore
Beza, per humanitatem suam, id est, per
tabernaculū prius, se sanctificauit; quasi
sanctificata caro, sanctificatricem diui-
nitatem afficere sanctitate potuerit, cō-
tra Leuiticum exemplum.

Item, Deus persuam humanitatem pas-
sus est: quasi ita passus sit hostiæ loco pō
tifex legis, aut per prius tabernaculum
fuerit passus. Cyrillus docuit Christum,
se non per prius tabernaculum pro no-
bis sanctificasse post quā cœnasset, sed
per interius, id est, per naturam sanctita-
te naturali præditam: cūmque agentem
ita fuisse & patientem. Ut Deus, inquit,
se sanctificabat, quum vt homo sancti-
tatem accipiebat. Si Beza Cyrillo sub-
scripserit, quo modo nobis suadebit fi-
lium Dei, qua filius Dei, se per carnem
sanctificasse? Nam si ita habeat, in diui-

Q

DE FOCULO SANGVINIS
nitatē egit humanitas , auxítque ipsam
Iohann. 6.
eo sanctitatis cumulo. At caro non pro-
dest quicquam, spiritus est qui vivificat
ac sanctificat . Nostra ergo in Christo
humanitas exterior, per interiorem na-
turam sanctam sanctorum, naturali san-
ctitate affecta est hausto sanguine pro-
peccato: & visibile diuinitatis taberna-
culum, per inuisibile sanctificatum est,
Psalms. 45. vtī scriptum est: Tabernaculum suum
sanctificauit altissimus. Præterea, deum
per humanitatē passum, vtī delirat Beza,
nō legimus: nō enim fuit in Christo ob-
noxia passioni diuinitas, vt per carnē pa-
ti potuerit, quamvis in Deo per verbum
Dei caro nostra passa sit: Deus enim erat
in Christo mundum sibi reconcilians.
Rursus, filius Dei, quā filius Dei per car-
nem corpūsque suum mortuum resur-
gere non potuit: is enim nec cadit nec
moritur, sed per spiritum caro exaltata
est, quæ seorsum à spiritu se excitare nō
potuisset. His ergo tot profusis verbis
nihil aliud molitur Beza, quām vt se do-
ceat, Paulum , quem interpretandum
agreditur, minimē intellexisse. Quām
enim Paulus veteris testamēti cum no-

uo collationem facit tam male Beza explicat, vt opinionum eius vanitas, vel cæcutiētibus nobis appareat, tandem que videatur doctissimi sui interpretis sententiam non assequutus.

Finis.



Qij



AD ILLVSTRISSIMVM
DOCTISSIMVM Q V E
D. Carolum à Lotaringia ti-
tuli S. Apollinaris Cardi-
nalē, Reuerendissimum,
Nicolaus Villa-
gangnon.

VVM libellum nostrum de poculo sanguinis, Theologia facultati recognoscendum ac castigandū protulisse, qui ad huius censuram fuerat designatus, ut nullo vel minore periculo liber ederetur, aliquot ex hostium mente collectis propositionibus ad me missis, meam sententiā oppugnandum esse sibi duxit, cum mādatis ut scripto eas propositiones refutarem, ac deinde refutationis eandem facultatem fac-

rem participem, ut de meis responsis sententiam ferre posset. Ei igitur mandato satisfecimus. Hoc enim libello hostium tela & argumenta digessimus, subiectis ordine responsis nostris : quæ ex Censoris præscripto facultatis iudicio rursus exhibuimus, ut non nisi huius ductu in publicum libellus exeat. Exhibitи verò, ex animi nostri sententia testimonium retulimus, ut affixo in fine libri chyrographo videri licet. Huius ergo auspiciis tuæ celitudini dicatum libellum emittimus.

Vale.

Q iii



PROPOSITIONES
CALVINOLOGIÆ PRO-
pugnatoris aduersus illati
in sancta sanguinis
poculum.

PROPOSITIO PRIMA.

Prop. 1. Sanguis taurorum & hircorum, per quem ve-
tus pontifex introiuit in sancta, morte ho-
stiæ fundebatur prius quam esset per eum
introitus. Hinc satis apparet Apostolum
dicere Christum per proprium sanguinem
morte crucis effusum, intrasse in sancta,
eterna redemptione inuenta, alioqui veri-
tatem figuræ non respondere.
Hebr. 9.

RESPONSIO.

Multa sunt in scripturis, quo-
rum rationem humanæ mé-
tis acies effodere minimè po-
test, quæ fide sola Christianus
quisque prosequi debet: & horum

rationis loco autoritatem scripturæ amplexari. Inter hæc tuæ propositionis species recenseri potest. Non enim humana ratione comprehendere promptum est, qui fieri potuerit, ut Christus violenta morte non occisus sanguinem in sancta pro peccato intulerit, vini sub effigie, & per ipsum in ea introiuerit: ut illato eo sanguine sese Christus nostrum sanctuarium ab immunitiis nostris expiatet, ac deinde huius ipsius sanguinis aspersione familiæ suæ conscientias ab operibus mortuis emundaret, testamētum suum dedicans, antequam potestate propria per sui corporis oblationem abdicata, se in tenebrarum potestatem mortisq; regnum redigeret, ad eius potestatis arbitrium extra portam passus. Quod tamen ipsi necessariò facien- Ioan. 16.

dum esse didicimus, ut scriptura impletetur, & à figurarū ac legis implemento filius Dei cognosceretur. Quum ergo à tanti mysterij intellectu, humana ratio per suam infirmitatem prohibeatur, & nihilominus ad earum fidem nostræ salutis dispensatio nos adducat: neglecto labore abyssi diuinæ sapientiæ scrutandæ, nostra sententiæ probationem

PROPOSITIONVM

Hebr. 6.

ab authoritate Pauli instituam. Is docet Christum præcurforem pro nobis in vltiora velaminis introiuisse, quum factus fuit in æternum pontifex secundum ordinem Melchisedech: velaminis vero nomine, ipfius pótificis carnem postea Paulus diffiniuit, dicens: per velamen, id est, carnem. Introiuit igitur in suæ carnis interiora sancta sanctorum, id est, in diuinitatem, quæ in Christi carne corporaliter inhabitat, & per eam ipsam diuinitatem, suam carnem pro nobis, ut præcursor, sanctificauit secundum Melchisedech factus pótifex, quum sui corporis & sanguinis communioni opera dedit. Hoc si Caluinologus negauerit, quod imaginetur interiora velaminis esse cœlos, & in eos Christum introiuisse, quum ab Apostolorum oculis hunc suscepit nubes: huc se præcipitem agit, ut negandum ei sit Christum secundum ordinem Melchisedech, in cœna munere pontificio functum esse, sed ut priuatum in corporis & sanguinis sui communicationem & testamenti noui dedicationem incubuisse contra legem, quæ priuatis ea functione interdixerat. Negandum etiam est Christum prius

quām is vt pontifex per sanguinem, pro
peccato, in sancta introiret, non solum
eam legem munūsque pontificium im-
pleuisse, sed alieno tempore, puta post
trāslatum legis sacerdotiū, & post quām
esset gloria præditus, & à lege solutus, ei
rei studuisse. Hoc etiam tibi committé-
dum est, Calvinologiae propugnator, vt
negandū tibi sit indui Christum & hu-
ius diuinitatem, ab eo qui non indignè
corporis & sanguinis eius participatio-
ne afficitur: qua in re impietatis suspi-
cionem effugere non posses. Nam vtī
Christum ac sanctitatem induit, qui
aqua & spiritus baptismo tingitur: sic
& Christum huiusque vitam ac diu-
nitatem ab eo indui certum est, qui
spiritu Christi in eius sanguine corpo-
raliter inhabitante bibendo baptisatur.
Tria enim sunt quæ testimonium per-
hibent in terra, spiritus, aqua & sanguis,
& vnum sunt. Si ergo Christum indui
sanguinis divini poculo fateri te nō pi-
get, necesse est vt fatearis in sancta san-
ctorum etiam introiri: induere enim nō
posses, nisi in indumentum introires.

Paulus deinde clarius hanc tuam dif-
ficultatem absolvit, dicens: Christū assi- *Hebr. 9.*

PROPOSITIONVM

stcentem futurorum bonorū pontificem
in sancta sanctorum (quorum Mosaica
sancta fuerant exemplaria) introiuisse per
proprium sanguinem, nō manufactum,
nec huius creationis. Hic ne de tem-
pore in sancta introitus ambigeres, ex-
pressè tempus venisse assignauit, quum
Christus assistebat futurorum bonorum
pontifex. Si ergo tibi cum Ecclesia co-
uenit, Christum astitisse futurorum bo-
norū pontificem, quum mysterio sui
corporis & sanguinis operam dabat, e-
labi non potes, quin fatearis tunc Chri-
stum per proprium sanguinem introi-
uisse: qui tamen sanguis non erat ma-
nufactus, nec huius creationis, id est, hu-
mana natura cooperāte, sed verbo Dei,
Hic est meus sanguis qui pro multis in
remissionem peccatorum funditur: hu-
iusmodi enim sanguis ostendi non po-
test, præter eum qui bibendo in oratione
adelium, ad eorum sanctificationem fu-
sus esse creditur. Qui enim venis conti-
nebatur, & peccato corrupti sanguinis
effigiem retinebat, est manu Dei factus
ex Maria virgine, quæ humana coope-
rante natura genita est. Qui ergo Eccle-
siæ assentietur Christum per non ma-

nufactum suum sanguinem, in sancta & interiora velaminis introiuisse, necessariò assentiri quoque debet, poculum nō fuisse vini, sed sanguinis: quanuis vini accidētia, eiūsque naturę proprietatem continebat: quo sanguine caro Christi facta in carnis peccati similitudine, sanctificata est bibendo prius, quam Apostolos eodem poculo Christus in ipsa sancta intromitteret ac sanctificaret, ad noui testamenti dedicationem.

Hanc quam propugnamus fuisse Pauli sententiam intelliges, si tecum reputaueris, Christum in gloriam cœlumq; ipsum introiuisse ac in cœlos ascendisse, nō per huiusmodi sanguinem, quem ad sanctorum introitum Paulus fuisse necessarium ostendit, sed per manufatum & huius creationis, id est, ut supra demonstratum est, eum qui venis continebatur. Hoc ex verbis Domini comprehendi potest, dicētis: Oportuit Chri stum pati, & sic introire in gloriam. Qui ergo per passionem in gloriam cœlumque ipsum introiuit, introiuisse dici debet per manufacti sanguinis effusione & huius creationis: & nō per huiusmodi qui poculo porrectus est à Domino,

Luc. 24.

PROPOSITIONVM

per quem ad sancta patet aditus.

Hebr. 8.

Præterea Paulus docet non in cœlos Christum introiuisse, sed in ea sancta, quorum sancta Mosaica fuerant exemplaria, ut scriptum est: Omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. In quibus aureum est thuribulum, arca testaméti, in qua verna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti, super que eam Cherubin glorię adumbrantia propitiatorium. Quæ res in cœlis non sunt, sed in Iesu Christo: ut hinc perspicuum esse possit, huius corpus, ea esse sancta, quæ à Mosaicis inumbrata fuerant, in quibus diuinitas corporaliter inhabitat, per quā, ut diximus, poculi ministerio nostra in Christo caro sanctifica ta est, & in sancta introiuit.

Adiungam sancta sanctorum eam esse naturam ex cuius plenitudine in creaturas redundat sanctitas: vnde Christus sanctus sanctorum, Deus decorum, Rex regū, Dionysio teste, vocatus est. Si ergo cœlos corruptioni obnoxios sancta sanctorum interioraque velaminis esse doceas, in quos Christus introiuit: ostendes cœlos diuinam esse naturā, ex quo-

*De divi. no
minibus.*

rum plenitudine in Christi carnem sanctitas redundarit: ut iam non Trinitas, sed quaternitas tibi sit adoranda.

Alio quoque indicio Paulus docet Christum prius quam pateretur, in sancta introiuisse, puta quod esset futurorum bonorum pontifex, quum introiuit: futorum autem bonorum pontifex fuisse non dicendus est, quum gloriam induit in caelos ascendit: legem enim tunc euacuauerat, quae umbram habuit futurorum bonorum, puta regni Dei, & nostræ cum Christo communionis gloriæque. Bona vero futurorum nomine amiserunt, quum futura esse desuerunt: & Christus futurorum bonorum desiit esse pontifex, quum praesentium bonorum cœpit esse pontifex: puta postquam æternitatis cibo suam aluit Ecclesiam, & speratam gloriam induit.

His cognitis, tuas propositiones excutiendas aggrediar. *Sanguis, inquis, taurorum & hircorum per quem Vetus pontifex introibat in sancta, morte hostiæ fundebatur, prius quam esset per eum introitus.* Vnde apparet Paulum dicere Christum, per sanguinem morte crucis effusum, ni sancta introiisse.

PROPOSITION V^M

Hoc ita Paulum nō intellexisse, ipsius
Pauli testimonio comprobabo. In lege
sanguinem in sancta pontifex inferebat
pro peccato, eoque illato & oblato se &
populum aspersum sanctificabat, ad te-
stamēti dedicationem, prius quam hir-
cus, populi ferens iniquitates, per homi-
nem paratum emitteretur, & hostiarum
corpora, quarum sanguis in sancta illa-
tus erat, extra castra cremarētur. At Pau-
lus mortem crucis extra portam, cum
hostiarum incendio contulit: vt eo ex-
 exemplo doceremur, nullam esse potuisse te-
stamenti dedicationem, nullāmque Ec-
clesię sanctę sanctificationem, nisi Chri-
stus antequam extra portam pateretur,
sanguinem (quo Ecclesiam ad peccato-
rum remissionem aspersurus erat) intu-
lisset in sancta & obtulisset rogans pro
sua nostrāque ignorantia, vt verbis utar
Apostoli. Non ergo post mortem, per
effusionem quę in cruce ad gloriam in-
ueniēdam facta est, in sancta ad redem-
ptionem inueniendā introiuit: vel, con-
tra tuam opinionem, veritas figurę non
respondit.

Me nunc vrgebis, vt tuam anteceden-
tem propositionem dissoluam, & docca-

Christum sanguinem fudisse , prius quā
in sancta introiret , & antequam mor-
tem crucis oppeteret. Ostendimus fa-
ctū non esse facile , vt humana ratione
consequamur ea , quæ rationē ipsam su-
perant , sed de his autoritati scripturæ
potius acquiescendum , quām vano la-
bore in abyssō diuinæ sapientiæ scrutā-
da ingenium suum exercere . Veruntan-
men non me pigebit exponere , sub Ec-
clesiæ censura , quid hac in re ingenio
attingere potuerim .

Non me latet ostendi tibi nō posse in
testamenti noui dedicatione , eiusmodi
sanguinis factam fuisse profusionem ; cu
iusmodi ad mortem crucis factam esse
didicimus : non enim coacta & crue-
ta morte maectatus est in coena Domini-
nus : fide tamē ac religione obstrin-
geris , vt credas ipsum sese voluntate te-
nus in ecclesia occidisse per sui corpo-
ris oblationem , sui factum pontificem
& hostiam : sanguinemque fudisse ad re-
missionem peccatorum : non secus ac
Adam forma Christi , sese per suam ino-
bedientiam ad sui generis perniciem in
paradiso occiderat . Hoc nobis Christi
testimonium demonstrationis loco cō-

PROPOSITIONVM

firmauit, dicētis: Hoc est corpus meum
 quod pro vobis datur. Hic est sanguis
 meus qui pro vobis funditur. Quibus
 verbis palam est, hunc Patri factum o-
 bedientem se pro nobis occidendum
 dedisse & obtulisse, atque abdicata pro-
 pria voluntate & potestate à regno vite,
 in potestatem tenebrarum, mortisquo
 regnum se redegisse, & ita ex immorta-
 li mortalem factum in mortem necessa-
 riā se consecrassē, vt ad inimicatum
 potestatum arbitrium pateretur, sangu-
 nēmque funderet poenam luiturus cul-
 pæ ac inobedientię, formæ suæ debitā.
 Quæ consecratio & oblatio eo mortis
 nomine diffinita est, quo Adami inobe-
 diētiam & culpam diffinitam esse com-
 pertum habuimus, id est, voluntariæ: is
 enim per voluntariam inobedientiam
 se occidit, quanuis è vita tunc non ex-
 cesserit. Sic Christi consecratione & o-
 blatione voluntaria effectum est, (quā-
 uis mortis impetum violentum exper-
 tus non fuerit) vt mortuus fuisse dici
 debeat, quod amplius necessariæ morti
 se eripere non potuerit, vt scriptum est:
 Omnis cōsecratio que offertur ab homi-
 ne non redimetur, sed morte morietur.
 Si verò

Si verò ab Ecclesia dissidere velis, & propugnare eam oblationem & consecrationem mortis nomine diffiniri non posse: quasi animæ à corpore sola dissolutio intelligi debeat mortis nomine: opponam tibi Mosis testimonium de Adamo Christi forma & exemplari, dicens: In quacunque die de hoc fructu *Gene. 2.* comederis, morte morieris. Quo teste verè per inobedientiam mortuus fuisse dictus est: nō q[uia] animæ facta sit à corpore dissolutio, sed quoniā ex immortali mortalib[us] effectus est, & è regno vitæ in mortis regnum præcipitem se dederit. Sic ergo Christus qui exēplaris sui conditionem subire voluit, per sui corporis donum & oblationem sese occidisse ac à se animam exemplaris instar posuisse dici debet, quòd ita propriam conferuandæ vitæ voluntatem abiecerit, vtī scriptum est: Non sicut ego volo, sed sicut tu. *Marc. 14.*

Duplicis ergo mortis in mentem tibi venire debuit, quū te ad nos oppugnādos instruxisti: vnius quæ culpæ est, qua se per inobedientiam mactauit Adamus, serpenti factus obediens: & necessariæ quæ culpam insequuta est, quæ poenæ

R.

PROPOSITIONVM

ac vindictæ nomen habet: quas noster
Adamus Iesus Christus exemplaris suī
naturam indutus, ad salutem nostram
præstare debuit: non quòd ipsius donū
fuerit sicut exemplaris delictum. Nam
Rom. 5. delicto multi constituti sunt peccato-
res, sed dono iusti sunt multi constituti.
Non enim ad multorū iustitiam ac san-
ctificationem minores vires donum ha-
buit, quām ad nostram corruptionem
exemplaris mors voluntaria. Hinc ergo
cōcludem⁹, Christū se in cœna pro pec-
cato nostro, Deo patri dedit⁹, sacrifical-
se, sanguinemq; fudit⁹, prius quā in san-
cta introiret, & extra portam pateretur.

Oppones sanguinem qui non nisi vo-
luntate tenus effusus est, in vera sancta
inferri, offerrique actu non potuisse pro
peccato, sed ex lege oportuisse, vt pon-
tifex effusum sanguinem actu in sancta
Mosaica importaret: eaque ratione figu-
ræ veritatem non respondisse. Quam-
obrem Christi in sancta introitum, co-
modo æstimari oportere, quo facta sit
sanguinis effusio, puta, vt nō corporali-
ter, sed spiritu tenus, in sancta Christus
introiuisse & suos aspersisse ac sanctifi-
casse dici debeat. Demū & hinc sequi,

nouū testamentū nō actu sed volūtate
tenus dedicatum esse, ac consequenter
nullam fuisse peccatorum remissionem,
quod absque sanguinis effusione in san-
cta corporaliter illati, nulla esse potue-
rit remissio.

In huius oppositionis obstaculum o-
biicim sanguinis effusionem in lege
fuisse duplicem: effundebatur enim san-
guis ad hostiæ maëstationem cruentam,
& hæc effusio ad peccatorum remissio-
nem nihil conferebat: non enim erat
antè sanctificādi facultate sanguis præ-
ditus, quām à pontifice in sancta fuisset
illatus & oblatus pro peccato cū preci-
bus. Itē & si illatus & oblat⁹ is esset, vim
tamen suā nō exerebat, quo usque, pō-
tifex, ad testamēti dedicationē, eo san-
guine populū vasaq; ministerij asperge-
ret: quā aspersione Paulus effusionis no-
mine diffiniuit, dicens: Accipiēs sangui *Hebr. 9.*
nē hircorum & vitulorū cum aqua & la-
na coccinea & hyssopo populum, ipsum
quoq; librū aspersit, & omnia penē san-
guine mūdātur & sine sanguinis effusio-
ne non fit remissio. Quo loco effusionē
pro aspersione sumi perspicuum est.

Hoc intellecto, dicam non scrutandū

P R O P O S I T I O N V M

esse, an ad Christi mactationem voluntariam facta sit cruenta sanguinis effusio, sed an per sanguinem in sancta introiuerit Christus, anque illati sanguinis effusione & aspersione Ecclesiæ conscientias ab operibus mortuis emundarit, testamentum suum dedicans. Satis est enim hoc euenisce, quum in hunc unum finem fieret ad mactationem sanguinis effusio. Is ergo quem ad nostram redemptionem coacta & necessaria mors manebat, sibi manus non intulit, ut ante tempus sanguinem eiusmodi funderet proculpa eluenda, quem ad praestandam culpæ poenam & vindictam effundi oportuit: sed (ut qui erat omnipotens) mixtum aqua vinum, in sanguinem aqua mixtum transstantiauit, ut scriptura impleretur: Parauit mensam suam, miscuit vinum suum. Et per eum sanguinem verbo, Hic est meus sanguis factum in sancta introiuit, & susceptas in se nostras iniquitates eius poculo expiavit, atque suos aspersit, dices: Bibite, hic est sanguis meus qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. E quibus verbis ostenditur, non absque sanguinis effusione, quæ ad conscientiarum

emundationem fieri debuit, Christi voluntariam mortem, id est, pro peccato sacrificium extitisse, quamuis sub alienis accidentibus sanguis subsisteret: nō enim ab accidentibus, sed à natura divinitatis in sanguine inhabitantis fit peccatorum remissio, nostræque carnis sanctificatio. Quamobrem nostra nihil referre cognoscitur, quibus sub accidentibus fiat ad nostram sanctificationem sanguinis aspersio. Quinimo, vt figuræ veritas responderet, credo necessariò sub alienis accidentibus sanguinis potū & carnis esum fieri debuisse. Cibus enim maledictionis cuius esu se & suos Adamus interfecit, sub alienis accidentibus sumptus est: viderat enim mulier quod bonus esset, aspectuque delectabilis, quum tamen in eo venenū mortis boni sub effigie lateret. Sic sub effigie fructus terræ quæ in hominis opere maledicta est fructum vitæ latentem ad vitam nostram posterior Adamus distribuit & manducauit.

Ad superiora hoc accedit quod in legi vnius personæ functio duplex non erat: non enim pontifex erat qui & hostia. Quamobrem non mirum est, non

PROPOSITION V M

nisi post mortē hostię, huius sanguinem
in sancta illatum esse à pontifice Leui-
tico. At Christus vtrumque munus ex-
pleuit, hostia fuit & pōtifex. Vt ergo suū
sanguinem inferret in sancta, quo se à
nostris maculis aspergendo sanctifica-
ret, opus ei fuit, vt pro nobis sese hostiā
consecraret, ac mactaret mysticè ante
mortē crucis, sanguinēque suum crea-
ret vini sub effigie, quē in nostram san-
ctificationem funderet, ac deinde face-
ret quod Moses (à sanctis ad populum
foris expectantem reuersus) aspersione
sanguinis figurauerat: testamentum pu-
ta nouum, idque suo sanguine, quasi ab
hostia vera p̄ peccato obsignaret prius
quām ex hac vita excederet, hæredes
testamento suo ad vitam æternam vo-
catos, instanti morte sua, vt holocausti,
redempturus, decretum quod erat ad-
uersum nos, affigens cruci, vt ita mortē
nostram aboleret, hanc in carne, quam
nobiscum habet communem, interficiens.

Hinc scriptura videtur in Christi mor-
tem duplēm, mentem nostram insi-
nuare: in mysticam puta, & volūtariam,
quæ consecrationis nomen habet: alte-

ram coactam, necessariam ac patētem,
quæ fuit consecrationis consummatio,
& culpæ præstatio ac supplicium. Hoc *Ioan. 10.*
& nos Christus ipse his verbis edocuit:
Nemo tollit animā meam, sed ego po-
no eam à meipso. Deinde: Oportet fi-
lium hominis tradi gentibus, & ab eis
crucifigi. Quibus verbis à mystica volū-
tariáque morte necessariam secreuit, &
ostendit coactum supplicium consecra-
tioni, mysticēq; morti successisse, atq;;
vt Nysseni episcopi verbis vtar, sua dis-
positione mortis impetum violentum
præoccupasse, sacrificij modo qui ab
hominibus cerni nequit.

*Oratione, I
de resurre.*

Vt ergo ex oppositionis tuæ laqueis
nos exoluamus, tibi cōcedam dicenti,
Christi manu Dei factum sanguinem,
id est, qui plasmatis ac humanitatis effi-
giem retinet, inferri in sancta effundiq;
a Christo pontifice antè non potuisse,
quàm ipse crucis morte oppeteret: sed
eum, qui per verbum Dei fit in calice,
inferri, offerri, aspergi, effundique po-
tuisse. Porrò, ab eiusdem sanguinis dissi-
militudine, diuersæ vnius corporis im-
molationes, diuersa nomina fortitè sūt.
Qui enim vini sub effigie per verbū Dei

PROPOSITIONVM
factus & effusus est , incruenti nomen
obtinuit: qui verò à confectoribus è ve-
nis effusus est , cruenti.

Propositio ii. *Hinc satis apparet Apostolum dicere Chri-
stum per proprium sanguinem effusum morte
intrasse in sancta eterna redemptione inuen-
ta: alioqui veritatem figuræ non respondere.*

RESPONSIO.

Si habet, uti doces, non in sancta qui-
dem, sed ad inferos mortui pontifi-
cis animam fuisse sanguinis illatricem
persuadebis: nisi spreta functione pon-
tificia, contra Paulum doceas, non pon-
tificem, sed hostiam, hostiæ per sanguinem
in sancta introiuisse; idque nullo
motu fecisse, sed eo solum, quod ab ho-
locausto vi militum sanguis emanarit:
atque dicas nullo inferente sanguinem,
hunc tamen illatum esse, ne figuræ veri-
tas responderet.

Si verò functionem pontificiam ref-
pueris, quo modo demonstrabis Chri-
stum assistentem futurorum bonorum
pontificem, per hostiæ sanguinem (ut
legem impleret) ante sui testamenti de-

dicationem, atque cœlestium aspersio-
nem & sanctificationem, in sancta in-
troiuisse, ibique pro nostra ignorantia
sanguinem obtulisse cum precibus? hoc
enim in sanctis, & non alibi, Paulo te-
ste, factum oportuit. Pontifex enim &
non hostia, hostiæ sanguinem gestabat
& offerebat pro nostra rogans ignorâ-
tia: & sanguinis ad populi sanctificatio-
nem oblatio erat causa quamobrem
in sancta pontifex non sine sanguine in-
troiret: nō enim sanguis hostiarum ma-
ctatione fusus, ad sanctificationem pro-
fuisset, nisi in sancta fuisset illatus pro
peccato. Non ergo à Domino sanguis
offerri antè debuit, quām hunc in san-
cta vt pontifex intulisset, vt in sanctis se-
se secundū legem, huius aspersione, ac
deinde populum foris exspectātem, no-
uum faciens testamētum, ante mortem
expiaret. Nam oportuit cœlestia, id est,
Ecclesiam, instar exemplarium, hostiæ
pro peccato sanguine prius emundari,
quām Christus extra portam pateretur.
Nam exemplarium fiebat aspersio antè
quām hostiarum corpora extra castra
cremarētur, vt hoc nobis significaretur.
Paulus enim hostiarum incēdium cum

PROPOSITION V

Christi supplicio extra portā, contulit.
In secundum, inquit, Paulus, tabernacu-
lum introibat pontifex non sine sangu-
ine, quē pro sua populi offerret igno-
rantia. Non ergo debuit noster pōtīfex
in sancta introire absque sanguine, quē
ante ignorātiarum sui populi remissio-
nem, & ante mortem crucis, offerret cū
precibus. Quorsum enim post remissio-
nem fieret ad obtinēdam remissionem
oblatio?

*Propositio
III.* — Oportuit Christum pati, & sic intrare in
gloriam. Tu deuictō mortis aculeo aperuisti
credentibus regna cœlorum. Hoc est prop̄
lasse sanctorum viam.

RESPONSIO.

Hebr. 9. — IN sancta Christum inire oportuit an-
te mortem, & ante gloriam, vt legem
impleret legi subiectus, quum assistebat
futurorum bonorum pontifex. Nam te-
ste Paulo, Christus assistēs, vel accedēs,
futurorum bonorum pontifex introiuit
in sancta. Ergo ante partam & consum-
matam redemptionem & antegloriam,
corrigens ac transferens legem, introi-
uit: is enim legis implemento operam

dare destituit à lege solutus, & iustificatus post gloriā. Prēterea, oportuit Christum vt hominem nostris onustum peccatis, à seipso, vt à sancto sanctorum pro suis sanctificari prius, quām suos sanctitatem afficeret: sanctificari autem non debuit, nisi in sancta introiret. At in cœna se sanctificauit, vti is ipse testatus est, dicens: Pro eis sanctifico meipsum: Tunc ergo in sancta introiuit, & sanctorum viam suo nobis aperuit atque instruxit introitu. Hanc autem viam & sacerdotes imitatione sua prosequūtur, id quod fecit Dominus huius mandato se facere iudicantes. Ii enim se se potu sanguinis sanctificant antè quām ouium sibi creditarū sanctificationē aggrediantur. Ii etiam alieno nomine se sanctificant ab eis rogati, qui per obstaculum & occasionem à sacrificij participatione revocātur: tumq; credunt se in sancta introire secundum suam hāc orationem: Aufer à nobis cunctas iniquitates, vt puris mentibus in sancta sanctorū introire mereamur. Christus ergo vt pontifex sui sanguinis potu sanctificatus, in sancta introiuit, eoque introitu nobis viam sanctorum propalauit. Deinde, vt hostia

PROPOSITIONVM

nostris obnoxia & onusta peccatis, pa-
sus & occisus est, vt in gloriam introi-
ret, vt scriptum est: Oportuit Christum
pati, & ita in gloriam introire: & hoc
fuit ad gloriam iter præmunire ac pro-
palare.

IV Nemo doctorum est, qui in epistolam ad He-
braeos scripsit, qui non dixerit Christum
per effusionem in cruce factam, in sancta
introiuisse.

RESPONSIO.

N Emo ergo eorum est, qui tibi non
refragetur, dicenti: Per effusionem
hanc Christum in gloriam intrauisse: debuit
enim gloriæ sanctitas præuenire, tuaque
potu sanguinis ad altare sanctificatio, e-
xempli locosumi potest, non affici quæ-
quam gloria, quum afficitur sanctitate:
te namque non videmus clausas ianuas,
vt gloria præditum, penetrare, quanuis
in sanctum euadas virum sanctissimi po-
tu sanguinis. Sed & sanctitatē ante glo-
riam obtineri, mors te sanctorum eru-
dierit: sanctitas enim, eorum glorię ante-
cessit, & caro Christi non fuit antè glo-
ria prædita, quam sanctitate.

*Non ergo Christus dici debet potu sanguini- v.
nis in sancta introiuisse, qui per mortem in-
travit.*

RESPONSIO.

IMò, doctor egregie, Christus dici debet potu sanguinis in sancta introiuisse, id est, sanctificatus esse, qui per mortem in gloriam introiuit. Is & morte ad gloriam tibi viam aperuit, non secus ac poculo sanguinis ad sanctitatem tibi viam patefecit. In memoriam tuam revoca vos doctores inter gloriam & gratiam nonnihil interponere discriminis.

*Affirmo Christum dici sanctū sanctorum v.
tabernaculum, sanctuarium & cœlum pro-
pter diuinitatem in ipso corporaliter inhabi-
tantem.*

Quum tu sanctum sanctorum hunc esse nō inficieris, propriumque sanguinem, quo totā huius humanitatem contineri doces, hunc bibisse assentiris, id est, è calice in se ipsum (qui sancta sanctorum est) potando effudisse, non debes resistere dicenti, in sancta, id est, in se ipsum introiuisse : vel falsæ sunt tuæ logices regulæ. Syllogismū tuum compone: Christus sancta sanctorum est, bi-

PROPOSITIONVM
bensque in sese sanguinem intulit, ergo
in sancta sanctorum intulit.

VII.

*At nego id quod dicas Christum tunc per
proprium sanguinem introiuisse in sancta, ex
mente Pauli, quando in cœna cum discipulis
potauit sanguinem proprium.*

AT nego te Pauli mentem literæque
atenere spiritū, qui Christum esse san-
cta sanctorum diffiniueris, eumque pro-
prium sanguinem in corpus suū ex por-
culo effudisse nō sis inficiatus, negaue-
ris tamen ipsum in sancta sanguinem
intulisse.

VIII.

*Sacrificulus ingreditur sancta, sed sequen-
do Christum, cuius sanguinem effusum semel
in omnium redemptionem, cum gratiarum
actione infert in sancta.*

SI sacrificulus tuus effusum in cruce
sanguinem infert in sancta, in qua se-
quendo Christum ingreditur, & in san-
cta introire intelligas (vti superius do-
cuimus) significare introeuntem affici
sanctitate, assentiar tibi dicenti: sacri-
culū ad imitationem Christi, in sancta
introire, quoties puris mētibus sangu-
inis accipit poculum: sed si sancta sancto-
rum sumis pro cœlis, quos post resurre-
ctionem Christus ascendit, tua propo-

sitio vana est: non enim in cœlum rapi te sacrificantem perspicuum est, vt istuc Christi sanguinem inferas: nec sequen- do aut imitando Christum id faceres, si ita tibi contingere. Christus enim in cœlos sanguinem proprium non intulit in cœna sacrificans.

*Christus futurorum ac æternorum bonorum IX.
pontifex, ab initio conceptionis beatus com-
prehensor simul et viator existens, non indi-
guit pro se, sed pro membris suis ingredi in
sancta, qui videlicet in sanctis semper dege-
bat, & sancta ipse met erat.*

RESPONSIO.

Is pro se re hac nō eguisse approbavit, dicens : Et pro eis me ipsum sanctifi- *Ioan.17.* co, vt & ipsi in veritate sanctificati sint: id enim quo non nisi pro aliis egebatur, ad se minimè pertinere cognoscitur. Hoc autem quid ad rem nostram, no- strūmque propositum attinet? *Christus,* inquis, nō pro se sed pro membris suis in san- cta ingressus est. Ergo ne non ante, sed post mortem ingressus est? Hoc sanè ti- bi non sum concessurus, sed potius di-

PROPOSITIONVM

Etutus hinc concludi, ante mortem huc
in sancta ingressum esse, ut tempestiuē
introitus figuram impleret, prius quam
esset à lege solutus. Adiungam, sicut in
baptismo, quo pro se non egebat, nisi
quatenus sub lege factus omnem iusti-
tiam implere voluit; ita iustificationem
quæ ab Eucharistia est, implendam sibi
putauisse.

Propositio Post cœnam Iudaicam in Christianorū san-
¶ 10. Etia communione, sue passionis iam inchoata,
et paulò post consummandæ, fructum suis
lectis, quos sanctificabat, communicare pro
eorum capacitate volens, pascha aeternum sui
corporis et vinum nouum sui sanguinis cum
Apostolis communicauit et sumpxit.

RESPONSIO.

Inchoatam in cœna passionem, inue-
tamque redemptionem, quam in cru-
ce consummauerit, tibi non inuitus af-
fentior. Nam in ipso inchoationis aditu
inuentam oportuit, alioqui quod non
inuentum est, quo modò inchoaretur?
Non eodem animo subscribam tibi di-
centi, Christum sanguinis sui vinum
nouum

nouum cum Apostolis communicauisse, huiusque potu se suosque sanctificasse. Credo enim Christum non vinum sanguinis, sed sanguinem vini sub accidentibus communicauisse, eoque suos sanctificasse. Hoc & ipse fateris, dicens: *Electis, quos sanctificabat, communicauisse.* Nam si te teste, potu sanguinis suos sanctificabat, sententiam nostram comprobas, ostendis in sanguine potato, vim inesse sanctificationis, eosque indui sanitatem, qui non indignè biberint, id est, in sancta introire: intrat enim necessarium qui in indumentum induitur: & consequenter Christus, qui prior biberit, ac poculi sanctitatem induerit, in eam introiuisse credendus est.

Si Christus potu sanguinis intravit in illa XI. sancta, de quibus Paulus loquitur, & confitear Christum Deum & hominem in illa post cœnam communione verum corpus sacrificatus sumuisse, & Apostolis tradidisse, sequitur quod tunc redemptio inuenta est, & omnes illo sanguinis potu reconciliati & sanctificati sumus.

RESPONSI.

*C*redo vnam omnino sanctitatis esse naturam, & præter eam nulla esse

PROPOSITIONVM

sancta quæ Christus Deus introiuisse
dici possit, vt carnem in se nostram ex-
cedens ex hac vita sanctificaret: credo-
que præter hanc alia non esse sancta de-
quibus loquatur Paulus. Nam qui præ-
ter Deum unicum, alia comminiscitur
sancta, quæ Christus intrauerit, eis Chri-
stum inferiorē facit: maior enim & me-
lior est, qui sanctificat, eo qui afficitur
sanctitate.

Exo. 26. Paulus hunc erroris arguit, qui habet
tuā opinionem, id est, qui alia sibi sancta
opinione cōfinxerit, quām quæ Moysi in
monte ostensa sunt. Omnia, inquit, fa-
cito ad exemplar quod tibi in monte
ostensum est. Eodem in errore versatur,
qui imaginatur in aliis sanctis, quām in
Iesu Christo, propitiatoriū nostū inesse:
& Cherubin sanctuarium aliud, quām
sit Iesus adumbrare, Christus inquam,
adorādum nostrum sanctuarium, quod,
Exo. 15. vt Moses inquit, manus dei firmauerūt,
in quo arca & testamenti tabulæ con-
clusæ sunt. Ergo contra tuām opinionē
vera sancta, de quibus loquitur Paulus,
sunt Iesus Christus, nostra propitiatio:
quorum sancta Mosaica fuerunt exem-
plaria. Huc igitur Deus Christus carnē

nostram, suum diuinitatis tabernaculū, ad inueniendam nostram redemptionē intulit, quum futurorum bonorum pontifex assistebat, semelque in cœlum ipsum introiuit gloriæ rex factus & pontifex, id est, perfecta & consummata redēptione, quando eius anima in cœlestē corpus eius ab inferis remigravit. Sic gloriæ præsentis factus de cœlo cœlestis pontifex, nunc in carne, quam nobiscum communem habet, vultui Dei pro nobis apparet, qui futuræ gloriæ pontifex in diebus carnis suæ apparuerat: atque nos ad eam gloriam excitat animo cernentes, carnem nostram iam iam in cœlesti Christo sedere ad dextram Dei patris, in illōque nos vultui Dei apparere.

*An verum dici debeat Missæ sacrificium,
Verūmque Christi corpus in cœna sacri-
ficiatum.*

Qui negat Christum in adorandi sanguinis communicatione verum corpus sancta sanctorum, verè, realiter, & corporaliter, quāuis mysticè, obtulisse, cōsecrassé, ac pro peccato sacrificasse: id est, qui negat Eucharistiam esse verum Christi corpus, & ideo sacrificium no-

PROPOSITIONVM

strum propitiatorium verissimum, cuius participatione sanctificamur, & à peccatis expiamur, hunc falli iudico. Hunc quoque falli iudico qui negat eam corporis & sanguinis oblationem, quam in cœna fecit Christus, quum seipsum pro suis sanctificauit, esse verum sacrificium pro peccato, cuius consummatio morte coacta & necessaria perfecta est, quāuis fateri te nolle significes Christum, in sua cum Apostolis cōmunione, verum corporis sacrificium sumpfisse, & Apostolis dedisse, ne omnes illo sanguinis potu sanctificati & reconciliati simus. Falsum enim vell ludicrum corpus obtulisse, aut memoria signōue tenus, pro nobis immolasse dici non debet Christus veritas, ne veri corporis in cruce mactatio suspecta sit: eius enim rei fuit in cruce mactatio, cuius fuerat in cœna consecratio & sanctificatio: id est, in cœna fuit voluntarium sacrificium, cuius in cruce fuit coacta mactatio. Nam qui se vltro in mortem offert ac consecrat, cui si velit se potest eripere, se se dicitur sacrificare & mactare. Sic Christus quum posset plus quam duodecim legiones Angelorum subsidio impetrare, & no-

Iuerit: sed calicem, quem dederat ei Pa-
ter, bibere potius voluerit, ea voluntate
se occidisse dictus est, sūosque sanctifi-
casse per sui corporis & sanguinis obla-
tionem, sanctificatos paulo post morte
crucis redempturus, mortem nostram,
vt diximus, in carne sua interficiens.

Sacrificium ergo voluntarium cœnæ
ascribimus, eique propitiationis & san-
ctificationis beneficium acceptum re-
ferimus, crucis holocausto redemptio-
nis gloriam ac meritum tribuentes: nō
enim frustra & inanis esse debuit pro
peccatis mundi in mortem voluntatis
Christi propensio, ac corporis oblatio,
etiam si supplicium nō fuisset insequu-
tum. Quid ergo laudis meritique desí-
derio pro nobis moriendi deputabis
Christo, quū voluntatem ipsam & spō-
taneam oblationem supplicium inse-
quutum est? Bezam & hæreticos con-
sule, quantum, quidue meriti ac laudis
attribuant paratis in mortem pro secta
sua suorum animis: num eam voluntatē
animique proclivitatem sacrificij, mar-
tyriique titulo affiant? Si ergo hæreti-
cis paratus in mortem animus, sacri-
ficium est voluntarium, cur Christi nostri

PROPOSITIONVM

consecrationem & oblationem sacrificij nomine ac sanctificationis munere priuabis? Si voluntas & oblatio acerbitati mortis nō anteuertisset, dicine posset Dominus coacto suo supplicio remissionem peccatorum nobis esse meritus? Ad voluntarium ergo sacrificium sanctificatio nostra referenda est. Non enim, vt dicitis, suppliciū sed causa martyrem facit. Rursus si voluntatem mors non esset insequuta, an huic decreto, Morte morieris, satisfactum fuisse pronuntiabis? Certum est hoc non aliter, quām morte deleri potuisse, quamuis in bona Christi voluntate, per corporis eius oblationē sanctificati fuerimus, & quotidie sanctificemur. Vtrique igitur sacrificio suum effectum distinetē tribui portere ab eo dicendum est, qui sani sit iudicij. Nam si in vestra moriendi voluntate, per vestri corporis oblationem, vos sanctificari creditis, eāmque voluntatem martyrij, sacrificiique nomine adornatis: multò magis Christus volens pro nobis mori, in ea voluntate persui corporis oblationem, eis titulis affici debet: dicique in ea sua voluntate, per corporis & sanguinis oblationem eos

consummatisse, qui post peccatum recuperandæ sanctitatis desiderio teneantur.

1 Dominus mediator noster non est ingressus sancta, nisi redemptione perfecta. xii.

RESPONSI O.

Perfectā assero & consummatā fuisse redēptionē in cruce, ea tamen cōditione, ut eam præparatā & inuentam fatearis in bona Christi voluntate, per corporis huius oblationem, quum futurorum bonorum assistens pontifex, & noster mediator, in interiora velaminis pro nobis introiuit, id est, se ipsum sanctificauit sacramenti & sacrificij sumptione. Adiungo, & amissam per mortale peccatum spem redēptionis, inueniri ac recuperari, quoties quis tactus peccati pœnitudine ad voluntarij sacrificij participationem refugit: vt in eo sanctificetur ac eluatur pars effectus mē brūmque corporis eius, qui in bona voluntate per sancti corporis & sanguinis oblationē, in interiora velaminis præcursor pro nobis introiuit, id est, se ipsum sancti sanctorum sanguinis poculo

PROPOSITIONVM

sanctificauit, ac eluit. Hinc videtur redēptionis inuentio, (quam sanctificationi Christi ac iustitiae tribuimus) ab eius consummatione differre, ut finis à principio. Cur ergo mediatorem nostrum à sanctorū introitu in diebus carnis proibes, vt illi ad ea post gloriam auditum patefas? Vide an ex lege pronobis mediator esse potuerit prius, quā in sancta introiret. An ergo hunc post gloriam, sanctificatum fuisse dices? ipsum mendacij suspectum facias, qui ante mortem ac gloriam dixerat: Pro eis sanctifico me ipsum, vt & illi sint in veritate sanctificati? Nōnne hic tibi videtur vt mediatorem se pro nobis sanctificasse? Nostra in ipso caro, vnone diuinitatis, fuerat sanctificata, quū verbū caro factum est, sed hęc in nobis maledicto iraeque Dei subiacebat. Eā ergo sanctificari oportuit in veritate ad spcm redēptionis & vitæ: quod accidere nō potuit nisi assumptis in se nostris sordibus se ipsum ante redēptionis consummationem, sanctificauerit. Quum ergo ante mortem crucis id fecerit, an ipsum ostendis alieno tempore, ac loco fecisse, id est, in sancta introiuis-

se ut doceas alieno etiam loco ac tempore, redemptionis inuentioni operam impendisse, vel alieno loco ac tempore suum sanguinem pro nostra obtulisse ignorantia, quem offerre ex lege non debuit, nisi prius in sancta introiuenterit? Si vero ita habet, ut putas, cui usui mensam Domini extitisse, cuiue morte esse praedicabis? An nullius usus tibi est mensa Domini? Non tibi assentiar, sed Paulo dicens, sancta Christo fuisse referata quoniam assistebat futurorum bonorum pontifex: in quibus sanctis inuentam fuisse nostram redemptions credimus, prius quam nostras cum Deo inimicitias in carne sua interficeret: quo beneficio coepit esse praesentis gloriae pontifex.

*Ergo frustra gratisque mortuus est, quum XIII.
videlicet ante mortem pro nobis in sancta
introiuenterit, eterna redemptione inuenta.*

Proxime perfectae redemptions me ministi, quam inuentam nunc appellas. At non frustra gratisque mortuus esse mihi videtur, qui passus est, ut in sua

Carne humanæ carnis mortem interficeret, atque in sanctis inuentam redemptionem nostram consummaret.

X I V . *Tota scriptura reclamat, quæ affirmat Christum propter passionem in gloriam exaltatum.*

RESPONSI O.

Admitto non inuitus propter passionem in gloriam exaltatum fuisse, sed ipsum prius affectum non fuisse sanctitate, id est, in sancta non introiuisse, ut ex lege pro nobis mediator ante mortem appareret, tibi non possum assentiri, quicquid apud me valeat tua dignitas.

X V . *In gloriam introiisse non est aliud, quam in sancta introiisse. Introiuit ergo per effusionem sanguinis in cruce factam, non autem per potum.*

RESPONSI O.

Exprimere non poteris, propter meā erga ordinis tui viros doctissimos obseruantiam, ut tibi hoc dicenti non refrager. Ij enim me docuerunt, glorio-

sum passioni non esse obnoxium, quan-
uis sanctitas Christum à doloris sensu
non tutata sit. Ergo, vir bone, à gloria
differt sanctitas, & à sancto gloriosus.
Sed ipse tu efficis, vt tibi non possim ad
tuam hanc opinionem fidem adhibere,
qui docuisti Christum suos sanguinis
poculo sanctificasse, inque sancta san-
ctorum intr*miss*, ac sanctitate induif-
se. An ergo & glorificasse, id est, in glo-
riam transtulisse? nō igitur in sancta in-
troire est, in gloriam introire.

Denique si credi tibi vis dicenti, Chri-
stum crucifixum ac mortuum, per non
manufactum sanguinē suum in sancta
introiuiffe: dic qua manu eum sanguinē
inferebat vt assistens pontifex, qui non
pontificis, sed Holocausti spinis coro-
nati vicem subiuerat, ac personā susti-
nebat. Si dixeris, ad sanguinis illatio-
nem munus pontificium non accessis-
se, sed hinc ob idque solum sanguini-
nem illatum dici, quod ex suffosso late-
re miles sanguinem fuderit: veritas con-
tra tuam propositionem figuræ non re-
sponderet: hostia enim esset, & non pō-
tifex, quæ sanguinem intulisset. At in
lege Pontifex, & non hostia, hostiæ san-

PROPOSITIONVM

guinem inferebat, eoque illato sese ac populum aspersum expiabat. Hostiam enim à sanctorum introitu mors excludebat, neque eo quod effusione sanguinis mactata fuerat, in sancta per sanguiné introire dicebatur, sed personali pontificis ministerio fiebat illatio, & oblatione, nec pontifex per sanguinem, qui venis ^{enī} finitus erat, introire dicebatur. Præterea notandum est, adeptionem gloriæ, à sanctitatis beneficio hac re distare, quod per solam passionem absque pontificis opera, caro nostra in gloriam introiuit: ad eius autem sanctificationem deesse non potuit ipsissimum pontificis officium. Hoc testatur Dominus his ver-

Iean. 17. bis: Pro eis sanctifico me ipsum, ut & ipsi sint in veritate sanctificati. Paulò post: Pater, sanctifica eos in veritate, sermō tuus est veritas. Audi ad quem spectet sanctificationis munus, & cuius ministerio accipiatur sanctitas. Deinde scriptū est: Oportuit Christum pati, & sic in gloriam intrare. Considera carnificum scelere Christo ut hostiæ ad gloriam aditū patuisse: an igitur adiunges & ad sanctitatē, ut tunc sanctus esse cœperit quū glorioſus, utque confectorum ministerio

Luc. 24.

rio sanctus perinde ut gloriosus effici potuerit? Ad conferendam ergo sanctitatem, & remissionem peccatorum, debet pontificalia dignitas accedere, quanuis perditorum hominum scelus, viam ad gloriam aperiat.

Qui visibiliter quum natus est, mundum est ingressus, visibiliter idem etiam, & motu corporali, introiuit in sancta quum in caelos ascendit.

RESPONSI.

Ergo corruptioni caelos obnoxios, adduct^o authoritate tua, ea esse mihi persuadebo, ad quorum exemplar, mandato Dei, sua sancta Moses fabricauit, in quibus thuribulum est aureum, manna, propitiatorium, arca & tabulæ testamenti, altare, & Cherubim propitiatorium adumbrantia. Hoc si perte credere mihi liceat, licebit quoq; Paulum reprehendere, qui in Christo ciūisque sanguine, non in caelis tuis, nostram inesse propiciationem attestatur. Licebit & Moysi fidem dcrogare, qui Christi corpus, sanctuarium, quod manus Dei firmauerunt, esse diffiniuit. Licebit & Da-

PROPOSITIONVM

uidi repugnare, qui carnem Christi, nostræ arcam sanctificationis nominauit. Licebit & diuo Ioanni vanitatis notulâ aspergere, qui thurribulum ad Christi linguam rescribit. Licebit diuum Dionysium refellere docentem, sancta sanctorum ea esse, ex quorum plenitudine vnaque exuperantia in creaturas redudet sanctitas. Hæc huius verba sunt:

*De dini. no
minibus.*

Deus qui infinita habet nomina, ut sanctus sanctorum, Deus Deorum, Rex regum &cæ. Deinde ut rationem reddat, cur Deus eo nomine fuerit insignitus, adiungit: quoniam autem omnium author rerum, omnium plenissimus est, ex vna exuperantia quæ omnibus antecellit, sanctus sanctorum dicitur. Si igitur sancta sanctorum à Dionysio bene diffinita sunt, & ex tua sententia, ea cœlos creatos esse credimus, cœlos Deum esse docebimur, ut superiores & præstantiores naturis omnibus: ex quibus cœlis sanctorum sanctis, in naturam Christi carnis sanctitas redundant. Nam à sanctis sanctorum, id est, à natura sanctificata, caro Christi sanctitatem obtinuit. Præterea te authore, cœlos cū Dei Trinitate connectemus, vt deinceps nobis

sit adoranda quaternitas. Nūc ad tuum
visibilem & localem in sancta introitū
transeamus.

Arcanum minimēque conspicuum
fuisse verbi Dei in hominem descēsum,
contra tuam propositionem credimus:
fuit enim incarnatio Dei non conspi-
cua: sed verbum hominem factum, san-
ctitate gloriāque præditum, ac huma-
nis manibus attractatum esse, non infi-
ciamur. Dicam hoc cognito mirum esse
mihi, tam repēte de sententia te dece-
sisse: Qui paulò suprà docuisti in gloriā
introiuisse, nihil aliud esse, quam in san-
cta intrauiisse, ideoque dici oportere
Dominū per crucē in sancta intrauiisse:
nūc mutato proposito, huius introitū
in diem à resurrectione quadragesimū
reiecisti.

Videtur Paulus non posse aliter, quam de XVII.
ingressu in sancta post passionem intelligi, &
post effusionem sanguinis in cruce: crucem ve-
rō non dicimus sancta, sed medium quo Chri-
stus introiuit.

RESPONSO.

DOcuisti Christum ab ipsa cōceptio-
ne semper fuisse sanctum: nunc autē

P R O P O S I T I O N V M

hunc tradis per medium crucis (tuis verbis
vtar) post ipsius gloriam sanctificatum
esse, id est, in sancta introiuisse: non ta-
men aperis ad utram opinionem adha-
reamus.

XXX. Christum in cruce moriendo, ac sanguinem
effundendo, intrasse in sancta, & tunc pro-
palasse sanctorum viam, indicant multa mi-
racula, quae tunc facta sunt: pura quod velum
templi scisum est, quod mortui, qui in inferno
detinebantur, resurrexerunt, quod dixit Chri-
stus, Omnia consummata sunt: tunc enim san-
guinem in sancta inferebat.

R E S P O N S I O.

SI quum hostia animam agebat, in san-
cta sanguinem inferebat, ubi pontifi-
cis ministerium? Cur sanguinis illatio-
nem in diem à resurrectione quadrage-
simū paulò antea reiecessisti? Cur docuisti
in sancta introire aliud esse nihil, quam
in gloriam introire? In sancta, tuo iudi-
cio, intrabat holocaustum nostrum di-
cens, Omnia consummata, sed in gloria
non intrabat: non enim ante resurre-
ctionem in eam introiuit nec potuisset
sepulchro contineri, vel recondi gloria
præditus

præditus. Denique si hac in tua sententia conquiescimus, negabimus vos sequendo Christum, ut docuisti, in sancta sanguinem inferre, quum sacrificatis: non enim instar Christi ad crucem affigimini. Pauli verò doctrinam cum tua iterum conferamus. Christus, hoc teste, in sancta sanguinem inferebat, ut orans pro nostra hūc offerret ignorantia. Hoc enim, inquit, fecit semel. At ex Christo iam mortuo sanguinem profudit miles, qui sanguis poculo non fuit exceptus à Christo pontifice, sed totus, ut ab holocausto, in terram defluxit. Quo modo ergo Christum mortuum animo comprehendemus, sanguinem, (qui in humum palam influxerat) in sancta poculo intulisse, ac sepulcro conclusum ibi pro nobis obtulisse? Non enim debuit sanguis pro nostra offerri ignorantia prius, quam in sancta fuerit illatus, nec ante sanguinis oblationem nostra remitti ex lege potuit iniquitas.

*Quum in cœlos ascendit, misit spiritum suū, xix.
quo omnes suos abundè aspersit merito san-
guinis sui, quem in sancta detulit, illo enim
aspergimur recipiendis sacramentis.*

PROPOSITIONVM

RESPONSIO.

HAc allegoria superiores omnes propositiones obscurasti. Suprà docuisti morientem Christum in sancta sanguinem intulisse, eoque suos aspersisse: sed nunc sanguinis in vicem, spiritus sancti personam obducis, qua in Pentecoste aspersi fuerimus, merito illati in sancta sanguinis. Si vero spiritus sancti nobis est aspersio, quid de poculo sanguinis pronuntiabis? huius enim aspersione nullius esse usus, aut momenti, innuere videris. At accepi ab Ecclesia, potari sanguinem, eoque nos aspergi in remissionem peccatorum: carne enim potantiū elui asperso & potato sanguine, per spiritum in ipso corporaliter inhabitantē, non autē aspergi à sancti spiritus persona vel merito sanguinis, scorsum à sanguine: alioqui in Calvinī gratiam dici posse video sacramenta, gratiam non conferre, sed fide eam à spiritu sancto sumi, cuius rei sacramenta signo sint & testimonio. Hanc ergo doctrinam hostibus nostræ fidei relinquamus.

*Vide si Christus sua morte non intercessit xx.
inter Dei iustitiam & nostra peccata, magis
quam inter prius & posterius, vt tu loqueris.*

RESPONSI.

HVius sententię nō memini, sed dixiſ-
ſe me non inficiabor Christum po-
tato sanguine ſeſe ſuōſque emundaffe
ad ſeruiendum Deo: ideoque noui te-
ſtamenti mediatorem eſſe vt morte in
noſtram redēptionem intercedente,
qui asperfi, & asperſione fuerant hāre-
des instituti & vocati, hāreditatis æter-
næ promiſſionem aſſequerentur: non e-
nim eſt Christus eorum mediator, qui
expiati non fuerint.

Probe vir, ne me existimes tam nullius
eſſe iudicij, vt putem hostiam, quatenus
hostia eſt, pontificis munus expleuiſſe,
vt ipsa precibus Deum pro nobis pro-
ſequeretur mortua, ac vt oblata in obla-
tionem incūberet. Nam offerendi mu-
nus, non ad hostiam ſed ad pontificiam
dignitatē pertinere teſtatur Aposto-
lus: Omnis, inquit, pontifex ex homini-
bus aſſumitur, vt offerat dona & ſacrifi-
cia pro peccatis. Christus ergo in cruce

Hebr. 5.

PROPOSITIONVM

nostrum factus peccatum, maledictum,
execratio, torris ab igne reuulsus, à Deo
derelictus, holocaustum, spinis, id est,
maledictione terræ nostræ coronatum,
vt nos à maledicto redimeret, existens
in aliena potestate, catenus pontificis
liberi, sydari linea adornati, officio fun-
gi non potuit. Hanc in sententiam ad-
duco omnes legis expiationes, quæ qui-
dem pontificis nō alieni iuris, & vestitu
pontificio exornati, operā requirebant.

Psalm. 21. Quum de Christo salute mea mihi ser-
moest, mecū ipse reputo, an is de se lo-
quatur humanitus: vt quum dixit: Fode
Luc. 22. runt manus meas: Cū iniquis deputatus
Matth. 26. sum: Cur me dereliquisti, &cæt. Rursus
quum humanitus loquitur, hæc me su-
bit consideratio, geratne personam or-
nati æternique pontificis, an hostiæ pro
peccato mirabili mysterio maectatæ, an
verò holocausti à gentibus extra castra
interfecti, maledictum ferat. Hinc fit, vt
scripturæ locos de Christi persona nos
erudientes distinctè ac differenter acci-
piā, ne si res eas confuderim, in scriptu-
ram commisisse inueniar. Hoc si tibi
quoque faciendum duxeris, quum ad
salutis nostræ mirabilem dispensatio-

nem mentis aciem intenderis, pontifici Christo, quod pontificiae functionis est attribues, & hostia pro peccato, quod ad huius naturam cōditionēmque pertinet: sicut holocausto, quod huic proprium est, ascribi oporteat. Tum autē, Christum sanctum aternūmque pontificem, à se ipso hostia pro peccato per seipsum oblata, distinguendum esse tibi putabis: non secus atque humanitatem huius à diuinitate distinctè considerat Ecclesia. Eūmque dices in priore tabernaculo, id est, in plasmate Dei non pol-
luto, se in hostiam pro peccatis nostris secundum legem obtulisse, mysticēque immolasse, mortem peccatis debitam luiturus. Deinde per hostia mysticā sanguinem, quem vt pontifex intulit in sancta, se hominem à peccatis nostris (quæ voluntate ac imprecatione sua fecerat) sanctificasse, confessim suos per eundem sanguinem sanctificaturus, & in sancta intromissurus, id est, è nostra carne (quæ plasma Domini est & erat ante præuaricationem sanctum, sed in spiratione tenus, ideoque vi resurgendi à se minimè præditum) nos in carnem natura sanctam, diuinissimi sanguinis &

*Quid sit ta-
bernaculū
prins.*

PROPOSITION V M

corporis participatione immutaturus:
vt per spiritum in sanguine , carnéque
corporaliter inhabitantem & naturali-
ter, vim eam resurgédi nancisceremur,
quæ plasmatis naturę tributa nō fuerat,
quæ quidem Christi carnē excitauitā
mortuis. Cognosces præterea hunc ip-
sum sub dio secundū holocausti legem,
id est, extra Ecclesiam quæ sanctum ta-
bernaculum est, ab hominibus perditis
occisū, holocausti vicē subiuisse, vt san-
ctificatos , antea sub peccato venunda-
tos, morte sua redimeret: & per suā car-
nem & sanguinem cuius manducatio-
ne potíque sumus participes, vnūmque
cū ipso corpus efficimur, in eo morere-
mur ac resurgeremus : quo beneficio
qui sibi interdicit , vita æterna se abdi-
care cognoscitur.

*De holocausto necessario, & hostia pro
peccato voluntaria.*

Holocaustum, quoniam ex eo huma-
na cupiditas ad suam sanctificationem
vsurpare nihil poterat, sed erat pro pœ-
na quæ culpam insequebatur, & hostię
pro peccato , necessario succedebat, in
lege sacrificiū necessarium vocatū est.
Hostia verò pro peccato, vt quæ in eorū

expiationē qui sanctitatis desiderio te-
nebantur, nulla eis aut pōtifici illata vi,
in Ecclesia mactabatur, voluntaria fuit
appellata. Hac quoque differentia ex
propriis Christi verbis, ab holocausto
sacrificium voluntarium patres distin-
xerunt, quòd Christum tradi gentibus
oportuerit, & ignomina ab eis affici, &
vt holocaustum in pœnæ lutionem cru-
cifigi : Qua in re vis ei maxima inficta
est, qui volens, se sanguinemque prius
obtulerat pro peccatorum remissione,
& voluntate tenus occiderat, nolens
morti se subducere. Ad superiora hoc
quoque discriminis adiiciet, qui exactā
sacrificiorum rationem habuerit, quòd
minimè pontifici licebat ex holocausti
sanguine populum sanctificare, ac testa-
mentum dedicare, cui rei necesse erat
operā dari hostiæ pro peccato sanguini-
nis aspersione. His cognitis, vt ad pro-
positum recurrat oratio, repetam quod
te minus intellexisse significas, mortem
Domini interpositam fuisse inter expi-
ationem, & promissæ hæreditatis ade-
ptionem, vt culpæ cōdonationem, quā
sacrificio voluntario obtinuerat Eccle-
sia pœnæ luitio & satisfactio per mortē

PROPOSITIONVM

Domini coactam subsequeretur, & morientis sancti sanctorum pro suis sanctis meritum, eos ad hereditatis adoptionem præcederet.

De vulgari editione.

XXI. *Vulgaris editio catholica & docta, & catholicis omnibus retinenda est: non autem illa ratione reprehendi potest. Non enim sine mysterio, habet in praesenti, datur, & in futuro, dabitur: qua idem mysterium & sacrificium fiebat, quod in cruce cum sanguinis effusione factum est.*

RESPONSIΟ.

Vulgatae editioni qui iustum honorem decreuerit, eius verba non inuertet, ut Euangeliorum inuertat veritatem: sed dicet: Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, in praesenti, non dabitur: non enim Eucharistia, ut incircumscripsum corpus Domini, passionique non obnoxium, in crucem subiit moritura, quamuis pro vita nostra nobis a Deo haec in cibum data sit. Præterea, nescio an conscientiae non candidæ suspicione liberum se præstare possit, qui

non solum in alieni int̄estiuīque temporis ratione peccauerit, pro præsenti futurum usurpans, sed Christi sententiā verborum impropriorum mutuatione ac suppositione conturbaret & obscurauerit: Paulinæ contextus orationis ita habet: Hoc est corpus meum, q̄ pro vobis frāgitur: Scribæ vero vel interpretis vitio legitur, tradetur. Chrysostomus in lingua sua, vt scis, doctissimus, nō temere aut imprudenter euangelicum contextum sequutus est. Is frangitur legit, scribitque Dominum in cœna passum, quod in cruce pati noluerit, vt scriptura impleretur, dicens: Os non comminuetis ex eo. Et quotquot hactenus fuere docti scriptores, in Lucæ Paulique lectione, propriisque eorum vocabulis acquieuerunt.

Miror Erasmus id non animaduertisse, qui ^{XXII.}
semper vertit per præsens vocabulum quod
Græcis nunc præsens nunc futurum significet,
scilicet εἰςχωρόμενον. Hebræa autem Veritas
vitatur dictione futuri temporis.

PROPOSITIONVM

Primum me mouet Erasmi authoritas:
P non enim esse tanti mihi videtur, vt
secundum eius iudicium obstringam me
religione: nec vt nunc tecum de Gram-
matica concertē, mihi videtur esse pra-
sentis occasionis. Totā ergo tuam hanc
cum Erasmo controuersiam Gramma-
ticas relinquō disputandam. Interim
Græcos & Latinos mystas appello, qui
metam, iūsque nobis hac in re consti-
tuant. Sed te potius consulam, profiteri
an debeam, panis fuisse substātiā, quam
Dominus fregit post benedictionem,
deditque, dicēs: Hoc est corpus meum?
si panem non fuisse, sed corpus affirma-
ueris, obsecro te vt non pigeat dicere,
an frangendo, dandōque Dominus di-
ceret: Hoc est corpus meum? Quid fa-
ciebat hæc verba pronuntians? nōne
benedicebat, frangebat dabatque? Hoc
vt fatearis, cogunt hæc Euangelistarum
verba: Benedixit, fregit, deditque dicēs.
Nam si fregit dicens, dicendo frange-
bat, & frangendo dicebat: non frange-
tur pro vobis, quia iam frangebatur, sed
frangitur: & dando non dixisset, dabi-
tur, sed datur. Cur ergo quod præsentis,
est doni ac fractionis, in spē futuri boni

extrahemus?

His examinatis, ad effusionem poculi trāseam⁹. Quærā rursus, bibēdo quid in suū corpus effundebāt Apostoli? nonne sanguinē? dic insuper an haurire, & non tamē effundere potuissent? Si poculū ci- tra effusionem fieri nō posse tibi videa- tur, & fatearis fuisse non vinum, sed san- guinem qui effundebatur, cur ad futu- ram effusionem respicis? Cæterum, dic quorsum effunderetur quum potando effundebatur, an id frustra, aut per iocū fuisse factum credis? Quantum ad me attinet, haud dissimulāter me nihil am- bigere profitebor, in remissionem pec- catorum à Domino porrectum, & à dis- cipulis haustum & effusum fuisse, vt dici non debuerit, bibite sanguinem qui ef- fundetur, sed effunditur in remissionem peccatorum. Hoc me docuit omnium Euangelistarum cum diuo Paulo con- sensio: ij enim præsentem sanguinis ef- fusionem adnuntiant: tu verò aliorum accipis, nec ferendus tibi videor Apo- stolis assentiens: sed ad futuræ spem ef- fusionis animum nostrū traducis: quasi nullius usus fuerit mystici sanguinis po- tus ac effusio. Si ita habet, quorsum ad-

PROPOSITION VM

uersus Caluinū tanto animi motu contendimus, eam fuisse non vini, sed sanguinis effusionem? Ipe enim ac fide futuram effusionē, & non cā nostrā mysticā amplexaris: præstaret tamen eam tueri opinionem, quām mendacij suspectam habere veritatē. Hic, inquit Veritas, est meus sanguis effusus in remissionē peccatorum: Contrà, inquis, in cœna non fuit effusus, sed effundēdus in remissionem peccatorum. Ergo, inquam, in cœna nihil fiebat in remissionem peccatorum? At in Missa eum ipsum sanguinem ē poculo funditis, hoc quod fecit Christus (nisi nos luditis) faciētes, in effusionis mysticæ memoriam. Replicas, non eius effusionis memoriam excitari, sed sanguinis, quem ex suffosso latere confectores profuderunt. Hoc sanè mihi mirum est, quū memoria non sit rerum futurarum, sed præteritarum. Si post resurrectionem hoc mā datum habuissent Apostoli, non haberem quod obloqueret, sed in ipsa Christi Missa hoc à Christo fuisse pronuntiatum palam est.

Scriptum est, Omnia opera Domini veritas: dici ergo non potest non vera esse quam Dominus verbo creauit san-

guinis natura. Quæ cum vera & ipsissima, cum ea fuerit quæ ex suffosso latere promanauit, dici non debet vi sanctificationis non fuisse prædita: & eam facultatem si habuerit, dici nō debet hac ipsa potentes non affecisse, saltem si potus est communcatio: quamuis potata effigie, cum ea quæ humanitatis effigiē retinebat, non congrueret. Non enim vis sanctificationis ab accidentibus, aut carnificum ministerio, sed à consecrati natura sanguinis producitur ac emanat. Dic quælo quum sacrificas, num è poculo in tuum os sanguinem effundis? fingisne quòd sis aliquanto pòst effusurus? si nihil fingis, sed re vera in remissione peccatorum, carnisque tuæ lauacrum, in te naturā sanctificationis immittis: quod Apostolos post Christum fecisse non improbas: cur dicis Domini sanguinem non effudisse, sed eius meminisse solum, quæ futura erat effusionis? Sanguinem à vobis fundi ad vestram sanctificationem comprobant secretæ vestræ ante & post communionē preces. Si igitur bibitis, ac funditis in remissionem peccatorum, & ita eius sanguinis effusi, qui in sancto spiritu per

PROPOSITION V M

verbum Dei factus & oblatus est , me-
moriā refricatis , cur ille ipse in remis-
fionem peccatorum ab Apostolis inve-
ritate effusus esse dici non debet ?

Paulò superius mysterium quod post
Iudaicam cœnam factum fuisse credi-
mus , vnum cum eo , idēmque sacrificiū
esse docuisti , quod in cruce sanguinis
effusione violenta factum est , qua do-
ctrina animum meum suspendisti . Mo-
ses enim ostendit holocaustum ab ho-
stia pro peccato , effectibus , tempore , ac
loco secerni oportere : & hostiam pro
peccato , quatenus pro peccato sacrifi-
catur , holocausti vicibus fungi non pos-
se : quod ex lege , holocausto hæc ante-
cedere debeat . Sic & Pascha , quatenus
est hostia transitus Domini , sacrificium
propitiatorium esse nō posse . Nam pro-
pititorium pro peccato erat , & non e-
debatur , sed extra castra cremabatur : Pa-
scha verò in familia fiebat , & comedie-
batur . Præterea , pro peccato à pótifice
solo sacrificabatur ad testamenti dedi-
cationem , sed pascha singuli patresfa-
miliæ sacrificabāt . Distabat ergo Chri-
stus hostia , à se holocausto .

At authoritati tuæ donemus , omnia

sacrificia, nulla in Christo distinctione, re, numero, effectuque vnum esse. Quare vnum illud in cœna factum, in cruce refectum esse doces? Quid ei sacrificio crucis supplicium adhibitum adicuisse demonstrabis? Si nihil addiderit, incremento inutili frustra cumulatū esse non negabis. Sed si alterutri opus fuerit accessione perfectionis, non vnum fuisse, sed duo necessariò concludes: quod enim vnum idemque est, sibi ipsi non antecelleret. Nō ergo iniquo feras animo, inter perfectā pro peccato, & pro transitu ex hoc mundo Missam, & inter perfectum consummationis holocaustum, non nihil discriminis intermitti: saltem quantum ad affectus & circumscriptiones attinet.

Sacrificium Christi in cœna plenum, perfectumque fuisse, Cypriani epistola libri secundi tertia comprobat. Si Christus, inquit, Dominus & Deus noster ipse est summus sacerdos Dei patris, & sacrificium Deo patri primus obtulit, & hoc fieri in sui memoriam præcepit: utique ille sacerdos vice Christi verè fungitur, qui quod fecit Christus verè imitatur. Et sacrificium verum & plenum,

PROPOSITION V M

tunc offert Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, secundum quod videat Christum obtulisse.

Verum fuit sacrificium, plenūmque, quod ante mortem crucis fecit, ac in ius memoriam faciendum iussit Dominus. Quorsum ergo illud idem ipsum repetitum ac refectum fuisse animo nostro suggeris? Ad tuam doctrinā adhuc animum applicemus, & concedamus Missæ & holocausti vñū opus extitisse. Quam holocausti sanguinis facultatem, vim, ac virtutem agnoscis, cur à Missa sacrificio separas? sanè vni eidēmque operi, vnam candem vim & efficaciā, non debes abnegare.

Quæso ne tibi sim molestus si te tantillum adhuc vrgeo. Vtrumque opus vnum re vera non solum sacrificium, sed mysterium esse docuisti. An ergo donatum tibi voles, vt Eucharistia mysteriū fidei, sacramentum, ac sacrificium pro peccatorū remissione pro nobis in cruce sacrificata sit, & peccata nostra huerit, nōsque redemerit? At mysticū & sacramentale corpus, in circumscripsum est, ideoque passioni esse non potuit obnoxii. Hoc si non improbes, sine me quod Deus

Deus diuisit, non copulare, aut confundere, & mysticum corpus, ab eo quod humana similitudine, effigiéque circūscriptū est, secernere: nomina enim sacrificiorum diuersa, rerum ac effectuum diuersitatem ostendunt.

Vnam eandémque ipsam penitus sanguinis naturam esse, tota animi mei cōtentione profiteor, sed hac lege, vt bis effusam fuisse accidētia sint nobis testimonio: semel vini sub accidentibus in remissionem peccatorum, ac introitum in sancta: & iterum humani sanguinis sub effigie, in sanctificatorum redemptionem & gloriæ cēlique introitum.

Puto autem frangitur & effunditur sine certa temporis ratione posita esse. xxiii.

RESPONSI O.

HAc de re mihi tecum non bene conuenit, ne salutem nostram sua ratione causāque exuamus. Hæc Euangeli starum verba sunt: Benedixit, fregit, dītque dicens, frangitur. Si temporis ratio in fractione tibi nulla est, quid de benedictione nos edocebis? An tibi peccasse viderentur Apostoli, si dixissent,

PROPOSITION V

benedixit dicens, benedicitur, non se-
cūs ac scriptum habeamus, fregit dices,
frāgitur? Idololatrię periculum ad tem-
poris certam rationem te adigit in be-
nedictionis consideratione: non enim
ante benedictionem adorādum est an-
titypon: cur ergo non idem tibi est in
similibus iudicium?

*Nos autem ut conueniamus, opera preciū
est passionem Christi accipere & inchoatam
fuisse à cœna fateri, tumque consummatam,
quum emittens spiritum dixit, omnia fuisse
consummata.*

RESPONSIO.

Non me latet Eucharistiā nostrā,
mysticum & sacramentale sacrificiū,
ab antiquis nominatum: huiusq;
corporis & sanguinis oblationem, ab
antiquis passionem mysticam appella-
tam. Passio etenim Domini est, vt ait
Cypri. lib. Cyprianus, sacrificium quod offerimus
2. Epist. & nihil aliud quām quod ille fecit face-
re debemus, scriptura enim hoc dicit:
Quotiescumque ergo calicem in com-
memorationem Domini offerimus, id
quod constat ipsum fecisse faciamus.

At constat hunc se mysticè immolasse,
in cuius rei memoriam quotidianū Ec-
clesiæ sacrificium celebratur. Si igitur
holocaustum, id est, crucis sacrificium
inchoatum esse contenderis, quod ho-
stiam pro peccato, ut huius appendix,
necessariò insequi debuerit, tibi non re-
pugnabo: sed nō efficies quo minus my-
sticum ac sacramentale sacrificium, ab
eo quod extra Ecclesiā in tenebrarum
potestate palam, nullōque sub sacramē-
to factum est, non distinguamus.

*Quilibet videre potest illam Nysseni opi-
nionem de corpore Christi sine anima discri-
pulis tradito, non posse subsistere: Nam ut
vinamus per Christum, oportet à nobis eum
vīnum sumi.*

xxv.

RESPONSIΟ.

SVerioribus meis literis hanc tuam
Nysseni censuram dissimulaueram,
existimans fore, ut tandem viri tanti no-
men, hoc apud te authoritas inueniret,
ut eius in sententia, opinio tua cōquies-
ceret. Sed quoniam in eius reprehensiō-
nem tam affectatè inuichi te perspicio,
cogor in huius patrocinium tuis insul-

PROPOSITIONVM

tibus non nihil obducere, & quædam attexere quæ disputationis gratia examinanda esse putaui.

Vt viuamus, è Christo Deo nostro vitâ peti oportere, tua omniūmque piorū sententia est. Vitæ autem participatio-
nē an ab anima Christi, an ab eius spiri-
tuali carne sortiamur, inter nos est in-
stantis quæstionis. Tua enim propositio
huc videtur pertinere, vt ostendas, ex-
animem Christi carnem nō posse vitam
præstare: ideóq; vt vita potiamur, Chri-
stum anima præditum insumi à nobis
oportere. Vt autem hanc nobis absoluas
difficultatem, quæram ex te, vitaliſſe
ac viuifica fuerit Christi caro? Dein-
de si esse viuificā fateris, an id habere ti-
bi videtur ab anima, an à natura carnis
nostræ, an à verbo quod caro factū est?
Si à verbo habere concederis, an quum
exanimis caro fuit in sepulchro, dici de-
buerit eam vim suam amisisse, dicique
non debuerit filius Dei sepultus exani-
mis? Vt te ad huius quæstionis dissolu-
tionem facilius explices, rursus quæro,
an ab anima vitam habuerit Verbum
Dei, an ab æterno patre, vt diuus Ioan-
nes attestatur, dicens: In ipso vita erat &

alio loco: Sicut Pater vitam habet in se-
metipso, ita dedit filio habere vitam in
semetipso. Quo loco illi esse datum ha-
bere vitam, & illum ex Patris essentia
ab æterno genitum, idem esse non con-
tradices. Si ergo verbū Patris est æterna
vita, & verbum caro factum est, nōne
tum factum cōsenties, quum in Mariam
sanctus spiritus superuenit, eāmque vir-
tus altissimi obumbrauit? Hoc si non
reprobes, non debet in tuam reprehen-
sionem venire qui dixerit, id quod de
sancto spiritu ex Maria virginē conce-
ptum est, viuificationis facultate fuisse
præditum.

Anima ergo quæ nec ex Virginis na-
tura, nec ex Verbi substantia est, filio nō
dedit vitā habere in semet ipso. Et quē
sua præsentia vitalem non effecit, ex-
cedens ex eo, vitæ facultate priuare nō
potuit, nec effecit, vt si in sepulcro posi-
tum comedisses, vitam non habuisses.
Ergo vt vitam habeas, satis tibi est ex-
animem Christi carnem manducare.

Paulus non ab anima Christi, sed ab
huius diuinitate in Christo mortuo in-
habitante, vitam nostram profecturam
esse docet, dicens: Deus qui suscitauit

PROPOSITIONVM

Christū à mortuis viuificabit vestra corpora mortalia, propter spiritum eius inhabitantem in vobis. Diuinitas ergo quę in exanima christi carne inerat, nostra corpora ex morte excitabit, ut Christum excitauit.

Si dixeris Christum non de sola carne, sed de animato corpore intellexisse, dicētē: Hoc est corpus meum. Qui me manducat, viuet per me: Interrogabo, num Christi caro fuerit proprium Dei corpus, etiam in sepulchro conclusum, ut diuinitas dicere potuerit: Hic meum iacet corpus, nōsque dicere possimus Christum, quamvis exanimem, in sepulchro iacuisse? Quum Christus de Lazarō mortuo dixit: Lazarus amicus noster dormit, & Lazari cadauer Lazarū vocauit, an tibi videtur esse impropriè aut ineptè loquutus? Et quū dixit, Abraham Domini diem vidisse, ac lätatum esse, an dignus censura tibi videatur, quod anima sola felicem illum viderit diem? Si hoc non reprehēdis, noli carpere dicentem, qui carnem exanimem comedet, Christi corpus comedisse: & qui Christi spiritum habet Christum habere; Christūmq; ad inferos descendisse,

quamvis sola huius anima descenderit.

Mirum mihi est, in Nysseni sententia tam grauiter te offendisse, qui fatearis transubstantiationem, ex terrena panis substantia, in terrenæ Christi carnis naturam non circumscriptam. Qua in re, sicut sola panis natura, non mutatis accidentibus immutatur: sic sola meraque carnis natura, absque carnis accidentibus, naturæ panis succedit, ut substantiæ panis nō circumscripτæ, ad carnis non circumscriptam naturam, mutua fiat relatio. Non ergo natura panis corporea, in animæ Christi essentiam intellectualem, carni accidentem, transubstantiatur: sed in solius carnis naturam: & mirum esset aliud in Eucharistia comedi, quām quod transubstantiatum fuerit.

Hoc præterea ex te sciscitabor, Si in animam, panis trāsubstantiatur, cur Eucharistia sensu careat? Mirum est te docere, intellectualem animæ essentiam in ea inesse, sed ipsam essentia sua, id est, intellectu, sensu, actuq; destitui ac orbari, vt ipsa sit insensibilis in Eucharistia. Sanè huc ista spectare mihi videtur, vt immortalē animā mortalē ac mortuā esse

PROPOSITIONVM

doceas: intellectu enim, actuque proprio & natura intellectuali essentiam priuare, perinde est ac si mortuam esse docueris. Denique quum Christi carnis natura in Eucharistia non propria humanaque dimensione forma, loco pondere, organisque corporeis finita sit, ubi sedem animae facies, ut nullo sensu sit praedita?

Si à natura carnis in Eucharistia diuinitatem nō abesse docueris, & rogaris, cur ergo & animam non adesse admittat Nyssenus? Respódeo tamen esse naturale sensu carere carnis naturā, quam non posse animam suis facultatibus suaque natura, id est, actu, intellectu que destitui, & carere. Et quantum ad diuinitatem attinet, quam à carne non separamus, hæc ratio reddi potest, quod verbum caro factum, est quasi forma carnis & non accidens, nam per verbum caro facta est. Quamobrem à formata carne, reuelli verbum aut sciungi non posse in confesso est: quanuis animam, ut accidentalē mors abigere potuerit à carne. Nostram sententiam martyrum exemplum aliqua tenus adiuuabit, quorū ad sepulchra, propter vitæ spiritum cū eo-

rum puluere coniunctum, dēmōnes expelli didicimus, virtutēsque magnas edī non secus, ac si animata essent corpora.

*Hoc docetur Ioannis sexto, sicut misit me xxvi.
Viuens pater, & ego viuo per patrem: sic qui
me manducat, viuet per me.*

RESPONSIO.

Hic locus sententiam nostram confirmabit. Sicut filius à Patre missus, id est, incarnatus viuit, & est viuificus, propter Patrē in filio incarnato manentem: ita qui Christum in patre manente comedit, viuet per Christū, in quo maneat, unus effectus panis vnumque cum ipso corpus, per vnius panis ac sanguinis participationē. Ergo ab anima quæ carnem omittere potuit, vitam non habebimus, sed à vitali carne, quam vitæ spiritus nunquam deseruit.

*Ad hæc, si vera esset illa Nysseni sententia xxvii.
oporteret Christum sine anima in cruce corpus obtulisse: quod est absurdissimum.*

RESPONSIO.

PROPOSITIONVM

Nescio quām tibi valida sint ab absurdō argumenta: tu tecum ipse reputa, num homini animali absurdū sit, in Eucharistia inesse absq; subiecto accidentia? Dicam interim, non esse humano more in diuinis rebus loquendū: nec decere ex humana sapientia, vel potius cæcitate, diuinæ lucis magnitudinem emitiri. Sapientiæ est ea quam celebrat Nyssenus immolatio, cuius abyssum tui ingenij acies effodere aut penetrare non potest. Audi quid hac de re à Solomone docearis: Sapientia ædificauit sibi domum, in qua mactauit victimas suas, miscuit vinum suum, & proposuit mēsam suam: misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem & mœnia ciuitatis: Si quis est paruul⁹, Veniat ad me: & insipientibus loquuta est: venite, comedite panē meum, & bibite vinum quod miscui vobis.

Considera sapientiam in domo sua cœnaculōque grandi ac strato, vt Originis verbis utar, suas victimas occidisse, ante quam vinum miscuerit, mēsamque parauerit: vt conuocatis ad arcem mœniāque sanctæ ciuitatis insipientibus, & paruulis, eos diuinis hostiis, pa-

scaute puta Domini, vinōque veræ vitis
pasceret. Domum verò in qua immola-
tio perfecta est, Paulus docet Ecclésiam
esse, diuinæ per Christum sponsum suū
confortem naturæ, ac in carnis idemti-
tate participem: qua in domo, ut dixi-
mus, Christus Dei sapientia, viætimas
suas mactauit. Quid autem mactare si-
gnificet, anque absq; sanguinis effusio-
ne mactatio fieri possit, eruditioni tuæ
relinquo indicandum. Hoc vbi feceris,
nō ita fortasse à mystici sanguinis effu-
sione mystica, abhorrebit animus tuus,
& fateri te non pigebit sapientiam, verū
sanguinem in sancto spiritu per verbum
Dei factum, in domo sua, ad mēsam suā
mischuisse, & in remissionem peccatorū
effudisse, cōque insipientes lauisse ac
expiasse potato: in cuius rei memoriam
vos poculum vestrum miscetis, Cypria-
no teste: nec ab hac fide abhorre de-
bes quod solis mentis oculis, hanc sub
mixti vini effigie, sanguinis effusionem
viderit Ecclesia. Hæc enim interie-
cto velo à sanctorum conspectu disclu-
ditur. Hoc etiam vox mystica, & hostiæ
passionisque mysticæ significatio satis
innuit. Hac enim voce docemur, ad mē

PROPOSITIONVM

sam Domini verum oblatum fuisse sa-
cificium, sed humanitati nostræ inuisi-
bile, factum ab eo qui potestatem habe-
bat animam suam ponendi, ac rursus ad
libitum suū sumendi, modo vni sapien-
tiæ cognito, non cruento quidem, non
tamen absq; cruento ac sanguine, tametsi
Dominus nondum esset confectorum
impetum expertus.

At, inquis, si quum designas mac̄tatus est
XXVIII Christus, & huius anima, vt ait Nyssenus,
ibi fuerit ubi potestas administrantis eam col-
locauerat, pati non potuit in cruce, oblatus
sine anima.

RESPONSI O.

2. Cor. 12. **P**AULUS in tertium cœlum raptus, siue
in corpore, siue extra corpus, inquit,
nescio, Deus scit: satisne tibi videtur o-
stendere, extra corpus animam rapi, ab-
esseque posse vel nullo vitæ periculo. Si
enim extra corpus in cœlo Paulus exti-
tisset, ac interim exanime corpus eius
morti occubuisset, hoc nesciuisse ipsum
difficile credi potest. At Christus qui à
se volens animam ponebat, eam pro vo-
luntate repetens, num tibi videtur post

missam reuocare eam potuisse, tatis per
dum mortis impetum necessarium su-
biret?

At vnde ista te incessit cupiditas, vt
me in hunc non necessarium cōfictum
alliceres? Hæc quæ te offendit Nysse-
ni sententia, ad me non pertinet. Non
enim dixi, Christum quum patri se in
mortem obtulit, sibi manus intulisse, vt
se ab anima examinaret, aut è suis venis
latenter in calicem sanguinem effude-
ret: sed eatenus se interfecisse ac sacrifi-
casse, quod quum morti se posset eripe-
re, noluerit: cui rei sacrificij voluntarij
nomen imposuit Ecclesia: quòd in ea
moriendi pro nobis voluntate, per cor-
pus eius oblationem sanctificati simus.
Falso ergo & ab re tua, eam mihi de cor-
pore sine anima sententiam obtrudis.

At fingamus Christum in Missa san-
guinem non fudisse. Quibus argumen-
tis approbatis Missam nostram, sacrifi-
cium esse propiciatorium, quum nulla
possit esse hostia propiciatoria, sine san-
guinis effusione? Nam, vt inquit Paulus,
sine sanguinis effusione nō fit remissio.
Si in Missa non est sanguinis in pecca-
torum quotidianorum remissionem ef-

PROPOSITIONVM

fusio: sed uti arbitraris sola effusionis violentæ memoria, per eamque remissionem assequaris, effusique semel in cruce meritum nobis applies: dicere Paulus non debuit, sine sanguinis effusione non fit remissio: sed, sine iam olim effusionis facte memoria, vel memoriali sacrificio, non fit remissio.

Testamentum vetus, quo solennis fiebat peccatorum in testamenti dedicatione remissio, exemplar erat noui: illud autem absque sanguinis aspersione dedicari non potuit. Si ergo Dominica in cœna, noui testamenti confectione approves, cur contra exemplar, sanguinis effusionem ab ea reiicis? An tibi videtur absque sanguinis effusione, pontificem Christum suum confidere testamētum potuisse? Quæram præterea, cuius hostię sanguine testamentum vetus dedicabatur, & fiebat remissio? An holocausti extra prius tabernaculum immolati? Hoc tecum non sum dicturus: sed cum Paulo ad hostiam pro peccato voluntariam animum meum appulsurus: ut ostēdam à crucis coacto sacrificio, testamēti sanguinem distingui ac sciungi oportere. Accipiens, inquit Paulus, sanguinē hir-

corum ac vitulorum, cum aqua & lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Apostolus per hircorum ac vitulorum sanguinem, ab holocausti effundendo sanguine, animum nostrum auertit: nam ariete & non vitulo siebat holocaustum. Quum ergo peccatorum expiationem per hostiæ pro peccato sanguinis effusionem à cœna propulsaris, sacrificium propitiatorium consequenter & testamentum nouum à cœna proscribere te necesse est: nam absque hostiæ pro peccato sanguine testamentum nouum confici non potuisse affirmat Apostolus.

Aduersus eos, qui holocausti sanguinis effusione, testamenti confectionem ac peccatorum expiationem diffiniunt, Lucæ me protegit authoritas dicentis, poculum sanguinis, testamentum fuisse nouū in effuso pro peccatis nostris Christi sanguine. Hoc, inquit, poculum testamentum est in meo sanguine, qui in remissionem peccatorum effusus est. Quia in re sanguinem à sanguine, sacrificium à sacrificio, effusionem ab effusione di-

Luc. 22.

P R O P O S I T I O N V M

stinxisse ostēditur: poculum enim quod testamentum est, nō ex lateris suffosio-
ne, sed ex mēsa, & effigie cognoscimus.
Præterea, quum holocausti sanguis to-
tus humi effusus sit, bibi, ne fide quidem
potuit ab Apostolis, qui adhuc in pa-
sionis meritum non credebant: non er-
go fide datus eis fuit in poculum absen-
tentibus & non credentibus.

Denique, qui in Ecclesia, regno Dei,
testamentum ex lege confici oportui-
se nō inficiatur, necesse estvt dicenti af-
fentiatur Christū, extra mœnia, arcēq;
ciuitatis Dei hæredes testamento insti-
tuere non potuisse, nisi legem soluerit:
præsertim quum is sui iuris esse desuif-
set in tenebrarum redactus potestatem:
Tu ergo, vir Christiane, nisi inficeris
Christum, in Ecclesia testamentū suum
tempestiuè instituisse, id est, quum sui
iuris erat, nō debes sanguinis aspersio-
nem, qua necessariò testamentum con-
stitui oportebat improbare: sed ab insti-
tutione testamenti, de libertate testato-
ris, effusōque pro peccato sanguine iu-
dicare, & ab ipso sacrificio de testamé-
ti celebratione certior effici, propter
mutuam alterius ad alterum relationē.

Sed si

Sed si Missam à Christo sine sanguinis effusione confectam, dicere institeris, qua cum hostiarum specie hanc conferes: si tamē ipsam esse sacrificium nō negaueris. Hęc sanè non laudis erit hostia, nō salutis, nō paschatis, nō propitiatio-
nis, nec holocausti: hęc enim omnia per sanguinis effusionē hostiarū nomē acci-
piebant. Tu ergo cæcum ac commen-
titium aliquod nomine, figura, vel me-
moria tenus sacrificium menti nostræ
suggeres: vt hoc obsequio, Caluinum:
archihæreticum nobis conciliemus. Is
enim significatione tenus Eucharistiam
esse sacrificium non inficiatur. Et Me-
lanthon hāc Eucharisticum esse, id est,
gratiarum actione tenus: quòd hanc su-
mentes, pro beneficiis acceptis gratias
agant. Et ex vobis, nisi vobis Caluinus
imponit, nonnulli meriti crucis appli-
cationetenus, corporis & sanguinis Eu-
charistiam propitiatoriam esse docent:
vt hanc aliunde, & non per se, ex séque
corpus Christi sanctuariū esse nostrum
intelligamus, & in ipso solo vsu, sacrifici-
um esse propitiatoriū. Si enim appli-
catione tenus propitiatorium esse cre-
dimus, ante usum non erit propitiato-

PROPOSITIONVM

rium, & meritum applicatū, ab Eucharistia alienum esse docebitur: nam alienæ rei est applicatio: nec ita participatione corporis ac sanguinis communicatione, participati corporis meritum nostrum efficitur: quod enim applicatur, non esse proprium eius cui fit applicatio in confessō est: nam sui ad se non fit applicatio. Præterea Paulus docet ex multis cōuiuis vnum effici corpus, & ita omnium esse vnum corporis ita facti meritum, propter participationē. Contrà verò vnum meritum pluribus applicatur ita tamen ut ex pluribus personis vnum corpus non constituat applicatio. Ergo hęc applicatio non parum difstat à communicatione, quam Paulus Missam esse diffiniuit. Alij memoria tenuis Eucharistiam, esse propitiatoriam Missam diffiniuerunt, quod à Christo facta sit in futuri sacrificij propitiatorijs memoriam. Quod me nō exigua afficit admiratione: nam ita ex memoriae vocabulo significationis vocabulum facitis: ac si Christus rei non præsentis, sed future memoriam celebrandam edixisset contra testimonium dicentis: Memoriam fecit mirabilem suorum, escā

dedit timentibus sc.

Væ mihi, vir bone, si huic tuo applicationis vel memoriæ commento subscriptero, adactus censuræ tuæ metu. Exurēdū enim hoc corp^o cupidius tibi produxero, quām à me finā extorqueri, vt dicā Eucharistiā, christi Dei mei corpus, Missāmque voluntariam, non esse re vera, à scipsa, & per se ipsam etiā extra vsum, non autē per applicationē vel & memoriā sacrificium Christi Deimei propitiatoriū, factū esse dicā ab ipso in cœna, regnōque suo, & ad suā mensam, verissimi hostiæ pro peccato sanguinis effusione verissima (mystica tamen) in eorum peccatorum remissionem, quæ quotidie patrāntur post sacramētorum gratiam acceptam. Nam absque sanguinis effusione eorum non fieri remissio- nem Pauli testimonio approbatur, & vbi non est remissio, oblationem pro pec- cato nobis esse necessariam. Hac autho- ritate adducta Ecclesia, ad quotidiano- rum debitorum remissionem, quotidie creat funditque sanguinem testamenti, à Christo in cœna semel effusum, in re- missionem peccatorum. Hunc autem quem in humana specie ad redemptio-

PROPOSITIONVM

nem nostram carnaſices effuderunt : in
redemptionis cauſam creare non ſe do-
cet ecclesia , quod vna morte parta re-
demptio iterari non debeat . Id etiam
superfluò in vanūmque fieret : nū quam
enim redempti eſſe defiuimus , tametī
peccatum facit , vt sancti eſſe defina-
mus , vtque nobis non proſit redem-
ptio , quoſque expiemur . Et quoniam
absque ſanguinis asperſione non fit ex-
piatio , ad eam fit recursus in ſanguine .

Quoniā hæc materia alio loco à nobis
tractata eſt , hanc pluribus verbis non
prosequemur : dicam ſolum , quòd ſi ad-
duci me patiar , vt credam Miffam non
eſſe ſacrificium propitiatorium , facile
consenſurum me dicentibus , Eucharisti-
am eſſe ſacrificiū metonymia tenuis ,
bibique ſanguinem huiusmodi , vt qui
ſacrificij conditionem & naturam inſe-
quatur .

At fruſtrà rem apertissimam tanta cō-
tentione terimus , quū neceſſariò Chri-
ſtus eſſe filius Dei tibi ſit negandus , qui
in hunc mundum ob noſtram ſalutem
mitti debuit , ſi per ſanguinem hostiæ
pro peccato in ſancta non introiuerit
antè , quām extra portam , quaſi hircus

emissarius, emitteretur, ut legem implete prius, quam ab huius obseruatione mors illum absoluisset. Huic rei à nobis toties in cultatę respondendum nihil esse ducis?

*De manu Dei factō, & de verbo Dei
factō Christi sanguine.*

Sanguinem Christi, qui qui ex Virginis xxix. substantia est, non minus quam eum qui ex materia panis verbo Dei consecratur, dici manufactum non patitur scriptura, quae id manufactum solet dicere, quod humano operi effectum est: contra, nō manufactum, quod à Deo miraculose & supra naturam effectū est.

RESPONSIO.

Quid ergo de Adamo dices? num hic tibi miraculose & supra naturam per verbum effectus esse videatur? Hunc tamen manufactum scriptura solet dicere.

Dénique quum scripturam non pati dicis, ut carnē quae ex Virgine est, manu Dei factā esse profiteamur, nescio quorū accipias: non enim te negare existimo, Virginis carnē, è qua natus est Christus, esse plasma Dei, id est, opus manū

PROPOSITIONVM

ei⁹. Nam Dauid virginis pater de se
dixit: Manus tuæ fecerunt me. Et Moses
Psal. 118. de Christo: Plantabis eos in monte ha-
Exod. 15. hereditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo
quod operatus es Domine, sanctuariū
tuum quod firmauerūt manus tuæ. Ter-
ra ergo, in humana carnis & sanguinis
naturam ac imaginem creata, opus ma-
nu factum in Adamo priori & secundo
vocatum est: vt non vereat sanguinem,
quem in nostram redemptionem & sa-
lutem confessores diffuderunt, sangu-
inem manufactū vocitare, quòd in san-
guinis humani effigie ac proprietate def-
fluxerit. Eundem verò ipsissimum, sed
qui in vino non eiusdem modi conse-
cratus est, si manufactum appellauerim,
peccare mihi videbor, qui sciam non
plasmatum ad communis sanguinis ef-
figiem, sed verbo factum vini sub acci-
dentialibus humana natura non coopérā-
te & per hunc effusum potatūque, Chri-
stum in sancta introiuisse: per eum autē
qui manu factus est, in gloriam, cœlum-
que ipsissimum ascendisse. His ergo no-
minibus Paulus, vnius naturæ diuersas
effectiones, & diuersas, ad diuersos ef-
fectus, effusiones celebrat: vt intelliga-

mus, cui nostram sanctificationem, &
cui nostram redemptionem salutem-
que debeamus.

Substantiam nostram opus esse ma-
num Dei, ut quae est ex Adami semi-
ne, Paulus non ignorauit. Ei autem ubi
à mortuis excitata fuerit, non manu
factæ nomen indidit: non quod ipsa
eadem quae nunc est non excitetur,
sed quia verbo, Surgite à mortuis, non
adhibito & naturali modo exuscitabi-
tur, ei Paulus nomen commutauit: Pau-
li verba hæc sunt: Scimus quod si terre-
stris domus nostra huius habitationis
dissoluatur, ædificationem ex Deo ha-
bemus, domum non manufactam æter-
nam in cœlis. Domus non manufacta,
quam sumus in æternam ædificationem
in cœlis habituri, ab hac nostra manu-
facta, natura non distat identitate, sed
sola affectionum dissimilitudine. Quo-
niam alio loco hac de re abunde dispe-
ruimus, ne repetitione tibi sim mole-
stus, non te pluribus morabor.

2. Cor. 5.

FINIS.

lxxiiij. 2.11. 1.2. 1.3. 1.4.

et pater eius dicit mihi. amiculus tuus
venit. et responde quod es tu. et dico. huius
dicitur. ueni tu qui ad me. et responde
cito. et ego responde. et dico. si vides
potes. non. pater. puer. puer. responde.
alii. Iacob. puer. puer. et auctor. et
responde. et dico. tu non es tu. et
misereris. et dico. et dico. puer. puer.
responde. et dico. et dico. puer. puer.
responde. et dico. et dico. et dico.
et dico. et dico. et dico. et dico.

2.11. 1.2. 1.3. 1.4.

et dico. et dico. et dico. et dico.

et dico. et dico. et dico. et dico.

EX VALENTINI VAN
NII PRIMÆ CLASSIS
propositionibus.

165

Qui dat Deo sacrificat.

Qui dat Deo sacrificat: Christus in 1. propo.
cœna Deo patri corpus suum
dedit pro nobis, dicens: Hoc est corpus
meum quod pro vobis datur:
Ergo Christus in cœna suum corpus sa-
crificauit pro nobis.

Sacrificium pro nobis & peccatis no- 2.
stris esse non potuit, absque sanguinis
effusione:
Christus se in cœna nobis & peccatis
nostris sacrificauit:
Ergo non sine sanguinis effusione, Chri-
stus se in cœna sacrificauit.

b. Quum verbum (facere) de sacrificio 3.
intelligitur, adiunctam habet circun-
stantiam, quæ de sacrificio queat intel-
ligi: veluti quum dictū est: Faciam bo-
ues cum hircis. Item alio loco. Si ali-
quando verbum (facere) de sacrificio
intelligitur, necesse est sacrificium præ-

Y

PRONVNTIATA.

supponi, de quo, tanquam de subiecto,
verbum facere prædicetur, vt : Faciam
boues cum hircis. psal. 65.

4. Hoc est corpus meum quod pro vobis datur: Hoc facite.

Corpus quod pro vobis datur, adiuncta
est circunstantia, quæ de sacrificio intellegitur:

Ergo, hoc corpus facite, quod pro vobis
datur, de sacrificio intelligitur.

DE PASCHATE

Ab Antecedentibus.

5. Apud te facio pascha (meum scilicet, ne Deus alienū concipiuisse videatur)
cum meis discipulis:

Christus in cruce nō erat apud patrem
familiās, nec cum suis discipulis:

Ergo nō in cruce, sed in sua familia, antē
quam traderetur, se pascha fecit apud
patrem familiās.

Enthymema.

6. Post biduum pascha fit, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur:

Ergo nō de Iudaico, quod pridie quām
traderetur sacrificari debuit, sed de suo
à se faciendo intelligebat.

Decima quarta die primi mensis ex
lege fieri, id est, sacrificari debuit pascha^{7.}
iudaicum, inter duas vesperas:
At Christus Marco teste, factō vespere,
id est, decima quarta die, & vesperis eius
iam præteritis: (dies enim Hebreis cum
solis occasu præteribat) vel (Beza teste)
venit & discubuit:
Ergo pascha iudaicum, post duas vespe-
ras, contra legem facere non potuit Do-
minus.

Enthymema.

Christus, ex Bezè & Caluini traditio-^{8.}
ne, pascha iudaicum stando inter duas
vesperas decimi quarti diei, & soleis nō
detractis, cum patre familiās comedit:
Ergo accumbens cum suis duodecim,
soleis detractis, post duos dies iudaicū
pascha facere & māducare non potuit.

Christus nocte decimiquinti diei cum 9.
suis accubens, dixit: Desiderauī hoc pas-
cha manducare vobiscum, ante quām *luc. 22.*

. Y ij

P R O N V N T I A T A .

patiar, quia non māducabo illud donec impleatur in regno Dei:

At impleri in Ecclesia, regno Dei, ante quām pateretur necessariō oportebat: non enim post mortem (quę ipsum à legis implemento absoluerat) implemento locus relinquebatur:

Ergo ante quām pateretur suum corpus impletum pascha Iudæorum, cum suis manducauit.

io Christus impletum pascha ante quam pateretur, nocte in qua tradebatur, cum suis manducauit, & manducandum dedit ut desiderio potiretur:

At implere pascha Iudaicum, fuit in veritate facere, id est, sacrificare, & comedere, quod efsus agni post immolationē in domo cuiusque patris familiās significabat:

Ergo Christus se in domo sua (qua Ecclēsia ēst) à se impletū, id est, sacrificatū pascha nostrum comedit, & suis comedendum dedit, ut desiderio potiretur.

ii. Christus impletum, id est, sacrificatum pascha, sui ad patrem trasitus vietiā mam, cū discipulis suis comedit, cīisque

comedendum dedit:

At quod dedit eis comedendum, id legis implementum, Eucharistia est:
Ergo Eucharistia impletū & sacrificatum à Domino pascha, hostiáque vera transitus Domini est.

AD antecedentiū intelligentiam, notādū est. Hebreis noctē diei antecedere: & vni^o cuiusq; diei horas esse duodecim, noctisq; duodecim, diēmq; cū solis occasu præterire: quāobrē tēpus crepusculi occasum solis insequens, initū esse noctis diei, eam noctem consequētis. Itaque Christus qui post vesperas diei decimi quarti, venit, initio noctis decimi quinti diei, venisse dici debet post biduū, ab eo die, quo suos interrogās dixerat: Scitis q̄ post duos dies pascha fit, & filius hominis traditur, vt crucifigatur? Si venisset ante solis occasum, intra biduum venisset & nō post biduū, nocte in qua Christus tradebatur in non licuisset sacrificio Iudæorum faciendo operam dare: quòd ex lege præscriptus eis esset decimus quartus dies, ad sui paschatis immolationē: quāuis insequēti, nocte decimi quinti diei, sacrificatum

PRONVTIATA.

inter duas vespertas decimi quarti, Hebræi manducare possent cum azymis, initio festiuitatis azymorū, quæ post solis occasum decimi quarti incipiebat, & usque ad vigesimā primā diem cū solis occasu protrahebatur. Vnde statui potest, Christū accumbēdo cum suis, seorsum à patre familiās operam Iudeorum sacrificio nō impendisse, sed suo ipsius.

A verbis Pauli probari poculi substantiam, sanguinis esse substantiam.

Enthymema.

12. Poculum benedictionis, quod benedicimus, est sanguinis Christi communicatio:

Ergo poculum benedictionis est sanguinis communicatio, quia poculum benedicimus.

13. Poculum benedictionis est testamēti sanguinis communicatio, quia poculum benedicimus:

Benedicere autem non possumus, nisi verbis adhibitis:

Ergo ad poculum benedictionis for-

mandum, verba sunt adhibenda.

Hic est sanguis meus, verba sunt à Domino ad poculum benedictionis formandum, adhibita:

Et secundum hæc verba, vi verbi forma ta est poculi substantia.

Ergo poculum benedictionis est sanguis Domini:

Poculum benedictionis est testamentum in Christi sanguine, qui effunditur in remissionem peccatorum:

Et poculum est sanguinis testamenti communicationis:

Ergo sanguinis Christi communicatio fit in poculi id est testamenti sanguine, qui effunditur in remissionem peccatorum.

Sanguinis communicatio, vsu poculi, in cœna facta est:

Et communicatio in cœna facta, testamentum est in testamenti sanguine effuso in remissionem peccatorum:

Ergo testamentum in cœna factum est in poculi sanguine in peccatorum remissionem effuso.

Per sanguinis effusionem testamen-

17. tum nouum (quod & sanguinis Christi communicatio est) dedicari oportuit: Nam sine sanguinis effusione dedicari non potuit:

I. Cor. 11. In cœna per potum poculi benedictionis facta est sanguinis cōmunicatio , id est, testamēti dedicatio: sanguinis enim communicatio est testamentum , quoniam est benedictionis poculum: Ergo poculi benedictionis potus , est sanguinis effusio, & testamēti dedicatio.

18. Quod effunditur in remissionem peccatorum & testamenti dedicationem, est sanguis testamenti:

Et poculum est testamentum:

Ergo quod effunditur in peccatorum remissionem & testamenti dedicationē tam est sanguis poculi quam testamēti.

19. Sanguis qui effunditur in remissionem peccatorum, est substantia poculi,

Nam poculum est testamentum:

Ergo poculum non est vini, sed sanguinis testamenti substantia.

Quod sanguinis communicatio , est testamentum.

Testamentum Christi est huius vlti-
mæ voluntatis testimonium: 20.

Vltima Christi voluntas erat, vt cum ipso vnum efficieremur, vt vbi esset ille, & nos essemus in vnum consummati:

Ergo corporis & sanguinis participatio
essentialis, realis & corporalis, quæ re
vera vnum nos facit, est nouum testa-
mentum.

Ad absurdum.

Per Calvinologos sanguinis partici-
patione, non est corporalis, sed fide tenus:
Et corporis & sanguinis communica-
tio, est testamentum nouum in Christi
sanguine:

Ergo testamentum nouum non fuit re-
uera factum reale, sed fide tenus.

Testamentum nouum fide tenus effe-
ctum est: 22.

Per sanguinis effusionem effectum est,
An ergo fide tenus facta est sanguinis
effusio?

*In lucem antecedentium duximus hoc esse
nobis subiiciendum.*

PRONVNTIATA.

Quum absque sanguinis aspersione,
Paulo teste, testamentum dedicari non
potuit, considerandum se in animos no-
strros insinuat, quis fuerit sanguinis effu-
sor, id est, testamēti dedicator, quæ fue-
rit effusio & dedicatio & dedicationis
substantia.

Præterea, quum effusione ac asper-
sione sanguinis fieri debuerit dedica-
tio, num aspersio fuerit dedicatio? nam
aspersio aspergentis motus erat in lege
ad testamēti dedicationē, in asperso san-
guine, qui ad populi sanctificationem
effundebatur, seu spargebatur, & asper-
gens testator, & sanguis, aspersoris seu
effusionis substantia.

Probatū est poculum benedictionis,
quod benedixit Christus, esse sanguinē:
eam ergo esse substantiā è qua, per quā,
& sine qua fieri non potuerit testamen-
tum, id est, sanguinis Christi communi-
catio. Num ergo dicendus est Christus
sumens poculum, id est, bibens, & su-
mendum Apostolis distribuens, eius
substantiæ effusorem fuisse, id est, testa-
mēti sui dedicatorem: poculi sumptio-
nem, testamēti dedicationem (nam po-
culum testamentum est) & poculi sub-

stantiam fuisse, sanguinis substantiam,
cuius sumptione potúque, id est, effusio-
ne (effundit enim qui potat) facta sit san-
guinis communicatio & testamenti de-
dicatio?

Qui hoc improbat dicens, eam san-
guinis effusionē quę ad testamenti con-
firmationem, in cruce à milite post mor-
tem Christi facta est, fuisse testamenti
dedicationem, quam in lege figurabat
pótifex, ante quām hostiarum corpora
extra castra cremarentur. Quoniam ef-
fundens sanguinem, testator esse debe-
bat & pontifex, è confectore milite, te-
statorem & pontificem constitui necef-
se est: is enim effusione à se facta Christi
corpus aqua aspersit, & sanguine, vt Cal-
uinologis placet, in remissionem pecca-
torum & omnium sanctificationem.

In Baptismi sacramentū tria quoque
ad Baptizati regenerationem accedūt.
Baptismus, id est, ablutio & peccato-
rum remissio: Baptisans, id est, regene-
rans: & aqua & spiritus, ablutionis sub-
stantia.

Similiter in circumcisionis ministerio
hæc erant consideranda: Præputium,
circūcisio, id est, fœdus, & circuncidēs,

PRONVNTIATA.

id est, præputij amputatione fœdus i-
niens.

Testamenti noui dedicandi forma
fuit veteris testamenti dedicatio. Nam,
vt diximus, hostiarum pro peccato san-
guinis aspersio, vel effusio, erat testamé-
ti dedicatio: quæ per inquinatorum san-
ctificationem fiebat ad carnis emunda-
tionē. Aspergēs, testator & pōtifex erat,
id est, testamēti, Dicatori. Sanguis a-
qua mixtus, erat aspersionis, dedicatio-
nis & sanctificationis substantia.

Sicut ergo aspersio erat in asperso san-
guine testamentum, & inquinatorum
sanctificatio: Ita potus qui aspersioni
respondet, testamētum nouum esse de-
buit, & remissio peccatorum, in potato
aspersoque sanguine, qui bibitur & af-
pergitur in eam ipsam peccatorum re-
missionem. Nam aspersionem, vt supra
demonstrauimus, effusionis nomine
Paulus diffiniuit.

*Quando Christus in sancta sanctorum per ef-
fusum suum sanguinem, in sancta introi-
uerit, vt legem impleret.*

secundum ordinem Melchisedech, præcursor pro nobis introiuit in interiora velaminis:

Quum testamentum suum sanguinis effusione, poculōque dedicauit, hoc egit factus pontifex secundum ordinem nō Aaron, sed Melchisedech & dedicauit: Non enim ut priuatus ei ministerio incubuisse: Ergo quum poculi potu testamentum dedicauit, in velaminis interiora per suum sanguinem introiuit.

Christus in velaminis interiora introiuit, ut legem impleret & corrigeret: Legem autem implere debuit, ante quam pateretur: Nā à legis implemento morte solutus & iustificatus est: Ergo prius quam pateretur, in velaminis interiora introiuit.

Ante illati in sancta sanguinis oblationem pro peccato, ex lege fieri non poterat testamenti dedicatio, nec populi sanctificatio: Christus ante mortem crucis testamentum suū dedicauit, & se ipsum suosque aspersione sanguinis sanctificauit: Ioan- ne teste, dicēs: Pro eis sanctifico meipsum:

P R O N V N T I A T A .

Ergo ut figuræ veritas responderet, post illati à se sanguinis in sancta oblatione, testamentum suū dedicauit & suos sanctificauit.

26. Christus assistens futurorū bonorum pontifex, per tabernaculum diuinitatis non manufactum, nec huius creationis, id est, per proprium sanguinem, introiuit semel in sancta:

Is autem quum sui corporis & sanguinis communicationem fecit, assistebat futurorum bonorum pontifex:

Ergo quum sanguinis communicationem fecit, in sancta per non manufactū suum sanguinem introiuit.

27. Sanguis Christi, sanguinis humani, id est, peccato corrupti similitudine finitus, manufactus erat. Christus enim natus est ex virginē manufacta, vt quæ ex viri semine naturali modo genita est: At per non manufactum sanguinē Christus introiuit, quāvis per proprium sanguinem introiuerit:

Ergo non per sanguinem, qui esset naturali modo in humani sanguinis effigie factus, in sancta introiuit.

Omnis substantia per verbum omni- 28.
potentis, & secundum verbum facta &
formata est. Dixit enim & facta sunt:
Christus omnipotens de vino calicis di-
xit: Hic est sanguis meus:
Ergo per verbum, & secūdum verbum,
ex vino facta & formata est sanguinis
Christi substantia.

Sanguis per verbum factus, non fuit 29.
manufactus, id est, humana natura coo-
perante, naturalique modo:
At per proprium sanguinem, sed non
manufactū in sancta Christus introiuit:
Ergo per proprium sanguinem, sed qui
per verbum factus est in calice, in sancta
introiuit.

Christus per effusum in cruce sangu- 30.
nem, in gloriam cœlumque ipsum in-
troiuit:
Sanguis in cruce fusus manufactus erat,
id est, humana natura cooperante:
Ergo per sanguinē manufacturem in glo-
riam cœlumque ipsum introiuit.

Velamen sanctitatis Christi, est Chri- 31.
sti caro, teste Paulo dicente: Habentes

P R O N V N T I A T A .

fiduciā in introitum sanctorum in sanguine, per velamen, id est, carnem: Christus in velaminis interiora per proprium sanguinem introiuit: Ergo in se ipsum introiuit, id est, à se ipso ut Deo, se hominem nostris circumdatum infirmitatibus sanctificauit.

Ex opinione Caluini ad absurdum.

Enthymema.

32. Per Caluinum non sanguis, sed sanguinis signum sacramentale factum est, hoc verbo, Hic est meus sanguis: Ergo non secundum verbum, pro sanguine signum sanguinis à Christo Calviniano factum est, ut esse, apud ipsum, illud verbum impossibile offenderetur.

33. Legis pontifex in umbra futurorum honorū, per Calvinologos Christi corporis veritatem (quam præsentem fides patribus faciebat) ministrabat: Christus Calvinianus cum umbra & in umbra, id est, cum pane & in pane, sui corporis veritatem eo exemplo ministrabat.

fins.

Ergo